





RELECTIO
FRATRIS DOMI-
NICI SOTO SEGO-

VIENSIS, THEOLOGI, ORDINIS
Prædicatorum, Cæsareæ Maiestati à sacris confessionibus,
de ratione tegendi & de tegendi
secretum.

SECUNDA ÆDITIONE NUPER RIME AB
authore recognita, multisq; in locis aucta, & à mendis quam ma-
ximè fieri potuit, repurgata.




SALMANTICÆ,
Excudebat Ioanes Baptista à Terranoua.

M. D. L X X.

ILLVSTRISSIMO DO.

MINO AC REVERENDISSIMO PRÆ
suli, D. Ioanni à Toleto, Sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinali, Bur-
gensiq; episcopo, ex ordine prædicatorum assumpto, suus
frater Dominicus Soto eiusdem or-
dinis. S.



AV D nescio Præfus clarissimè, quā sit libellus hic impar, quē Domi-
nationi tua, aut nuncuparē, aut certè Romā mitterem. Verū tamen cū
mecū soleas (quæ tua humanitas est) itidem expostulare, cur quæ in gym-
nasio publicè dictam, quæq; auditores tu multuarie codicibus excipiunt,
nō aliquando exacta & polita prælo permittimus, animum subiit has, D.
tua meditatiūculas exhibere, de quibus, quæ nos cætera præstare possu-
mus, facile conijcias: atq; adeo, vt rigorem tu iubendi remittas, si indigna
indicaueris quæ in lucem prodeant, aut si diuersa fortè steterit sententia, timorem ego tēperem
obsequendi. Vereor nāq; hoc me quoq; nomine traducere pergas: sane quē, postq; à seculi vni-
dis, cathedralis (inquam) alijsq; id genus scholarum noībus, in hunc me religionis secessum rece-
pi, nunquā (quod votis omnibus optauerā) latere siuisti. Nam quòd patres huiusmodi seculari-
bus titulis mūdo me rursus prodiderint, tuū certè studium fuit, tuaq; prorsus authoritas. Adeo
enim D. tuæ animo sedit cuim literarum omniū, tum maxime sacrarum studia fouere & locu-
pletare, vt quantulā noscunq; accessionē ad eam rem facere possimus, nō neglexeris. Verū
enim uero dum fidem hac ratione religionēq; sanctissimè colis, agis profectò nihil aliud, quām
quod vobis gentile est ac domesticū institutum. Vesta enim Albanorū domus, tāet si vtroque
parenter regibus ædita, ob hoc tamē apud nostrates clarissima habetur, q; præ se semper tulerit,
fidei, christianæq; religioni honorē & cultū summa obseruatiōe deferre. Vnde ducibus vestris
semper id solēne fuit, vt nullū vñquā Hispania Mauris, Turcis, alijsq; barbaris christiani nomi-
nis hostibus bellum indixerit, quo non sese armauerint primi, sanguinēq; & plurimianimas fu-
derint. Testis est vel Africana illa expeditio: vbi frater tuus Garsias à Toleto, quē honoris grā
nomino, pro patria, pro fide & religione tam sese generosè deuouit. Sed & in longa illa expu-
gnatione regni Granatæ, quæ tantu Hispanis negotiū facessiuit, tātoq; sanguine constitit, q; se
vestri strenuè gesserint, illi stris corona perpetuo fuerit testimonio, quā de capta tūc signorū
ac vexillorum turba insignibus vestris circundederunt. Quā ergo fidē armis tui, ac rebus clarè
geslis propugnarunt, hanc nimis, si moribus tu & literis omni authoritate & studio operēpre
tiū duxeris asserere, extollere, & amplificare. Quocirca cūtu præfus reverendissimè domum
hanc tuem, vnde ad istum ordinē summūq; senatum assumptus es, amplissimis ædificijs, monu-
mentisq; exornes, modisq; omnibus augere & nobilitate studeas, tamē ego, cuius interest offi-
cio publico gratias referre, nihil gratius D. tuæ vicissim rependere possum, q; literaria hæc mu-
nuscula. Quæ, quātulacunq; sint, acceptare (vt reor) nō dedignaberis: quādō quidem nō minus
regium est, exigua libenter accipere, quām ampla magnifice tribuere. Vale.

ARNOLDVS SCHVRERIVS
brabantus Lectori.

Quām canit Ausonius uates, non ambo placere,
Multalcoqui, & summa cuncta silere fide:
At Cato, Simoniades, contra cælanda putarunt,
Sic et Aristides: nē Metanœa premat.

Ac honor, & nomē clarū ab Ioue q; inq̄t Homer⁹)
An curanda, probis, an remouenda forent?
Certus ut hic fias, librum hunc amplissime Lector
Sumito, quo Soto indice, docti useris.

RELECTIO FRATRIS

DOMINICI SOTO SEGOVIE N.

sis, Theologi, ordinis Prædicatorum, Cæsare & maiestati à
sacris confessionibus, De ratione tegendi &
detegendi secretum.



Rouidenter maiores nostri, patres grauissimi, concioque bonarum literarū studiosissima, & re sapienter explorata, instituerū, vt de cunctis, quæ annis singulis publicē legimus, relectum aliquid relegemus: sane quod pau lo esset accuratius elaboratum: pro cuiusque ingenio suis numeris absolutum. Enim uero, Quū relego (ait quidā) scripsisse pudet: nā plurima cerno, Me quoq; q; scripsi, iudice, dignalini. At qui cū pleraq; oia quæ anno pra senti de præclarissima virtute iustitiae interpretari sumus, ardua quidē sint, atq; adeo cognitū iucunda, tum etiā in primis necessaria, tamen ex tam varia suppellecile hoc vnu argumentum & vos impendio efflagitatis, & nos potis simū iudicauimus, de quo relectionē hanc cōficeremus: quod est, De ratione tegendi & detegendi secretū. Nam inter ea quæ ad vitā humānā præcipū habent momētu, id profectō nec in postremis est, si pro dignitate perpendamus, quarōne tacere, quave proferre debeamus, quę nobis sunt secreto cōcredita, ac fidei nostræ cōmis̄a. Vt. n. arcānū amici temerē effutiri nō modo vanitas est, sed iniquitas, atq; adeo infidelitas, ita cōtrā, tunc occultū celare crimen, quādo magistratus via id & rōne per cōtatur, delictū est. Imo verò, si crimē in perni ciem spectet Reipublicę, qui nō, vel sua spōte, illud statim defert, impius est, & patriæ proditor. Quocirca, qui suam astrinxit fidē arcāni tacendi, inter Scyllam se intellig. t, & Charybdi nauigare. Quod Philippides ille, Lysimachο regi gratissimus, sapienter admonuit: nā cum à rege rogaretur, quidnā sibi vellet suarū rerū impartiri, respōdisse fertur. Quiduis orex: modo nequid arcāni. Et Aristot. rogatus quid in vita effet difficillimū, respōdit. Ea reticere quæ minimē esse opus in qua efferri. Et Socrates facilius esset dicebat imperitis & malis hoībus flaminā ore inardentē cōtinere, q; arcānū. At cū argumentū hot animo lustrare incipio, & mēbratim explorare, latius patere video, q; vt vna relectione possit absolui. Etenim, si res à carceribus (quod aiūt) ad metā vñq; tractāda

Argumētū
operis.

est, accēdere huc materias oportet de correptione & denūtiatiōe fraterna, de accusatiōe & de inquisitione: quippe in quib summā hu ius disputationis posita sit. Illic enim, cū reis, tū etiā testibus periculū imminet, aut velandi qđ ius esset denūtiare, aut reuelādi quod neu tiquā opus ēlet prolato. Obidq; boni cōsuli te, si dum relectionē instituere cōepimus, currente rota, iustus liber exierit. Enim uero, quā quam hæc diuersis in locis vulgata, versataq; sunt, & apud theologos, & plurimū apud iuris cōsultos, tñ hoc haec tenus desiderat, vt rōnes vniuersae tegendi & detegendi secretū in summa cōprehenderētur: quas tā prālati, q; subdi ti simul habeat ante oculos. Quod si pro expē statione vell̄a præstiterimus, nō fuerit, puto, inutilis labor nost̄r̄: si minus, temeritatē accusate meā, qui materiā sumpserim, non meis viribus æquā. Nā et si cura nos publica Priora tus nostri, cui per obedientiā deesse nō possu mus, frequēter à quiete studiorū nostrorum interpellet, tamē nullā inde præteximus excusationē. Debuisse m̄ enim silere potius, vt culpa careremus, q; quidpiā edere, cuius veniam deprecaremur. Sed faxit Deus vt oratio nobis cōtingat digna, quæ à nobis, & in hoc veltro confessu, & de re grauissima habeatur.

¶ Sed ad rē descendentes, abillo proloquo sapienter recte arbitramur proficisci: quod est Prouer. i. Qui anibulat fraudulēter, reuelat arcana: qui autē fidelis est, celat amici cōmis̄um. Nā ita mos est aliqd prothema initio. Prothema. ponendi, qđ sit totius relectionis fundamētū. Atq; tria esse existimo necessaria mēbra huius disputationis. Primū quo explicet qđnam ge Distributio nus virtutis sit, secreta cōtēgere: quaq; lege ad operis. id officiū teneātur mortales. Alterū, quo per scrutemur, quib⁹ de causis, aut sua quiq; ipō te, aut si quis fuerit interrogatus, iure debeat occultū crimē detegere. Tertiū ac postremū, quo ostendamus quando quispiā vi & iniuria petiū secretū pādere, qua prudētia, q; bulq; verbis sese licebit citra mendaciū protegere: atq; adeo quid tū prius perpeti debeat, q; velse, vel amici prodat. Stylus verò scholasticus erit & peripateticus, quippe q; ad veritatē vestigandā & differenda lucidior est, atq; ad cōciudē

A 2 dam &

dam & iudicandā aptissimus. Sint em̄ quāuis ipsi latīnissimi, q̄ res scholasticas orationē trātant, nosq; barbaros existimēt, tamē nūq̄ eas potuerūt eo dicēdigenere, de suis eiusq; prin c̄ p̄ij efficaciter rōcinari, & perspicuē definire. Nos verō vniuersis literarū studiosis morē geramus: cōvel maximē, quod multis licet, citra eloquentiam Ciceronis, esse Theologos.

M E M B R V M P R I M V M.

Q V E S T I O P R I M A.

VTrum celare secretū sit officium fidei. ¶ Ad partē negatiū arguitur. Fides est virtus intellectualis, sed secretū seruare est virtus moralis: ergo seruare secretū non est officiū fidei. Qyōd si dixeris præter fidē intellectualē, aliā esse fidem moralē, replicatur hoc modo. Fides moralis est pars & species iustitiae: inō fundamen tum totius iustitiae, vt autor est Cicero primo de officiis, c. de iustitia, sed seruare secretū nō est actus iustitiae: ergo nec est actus fidei. Probatur minor. Seruare propriū secretū nō pertinet ad iustitiā: iustitia enīm (inquit Aristot. 5. Ethic.) est ad alterum: quare hominis ad se ipsū nec iustitia est, nec iniustitia: celare autē alienū secretum est opus charitatis & amicitie: quod verbis p̄positis Salomonis insinuat. Qui fidelis est, seruat amici cōfissum: ergo neutrū secretum seruare est actus iustitiae. ¶ Secundō arguitur. Velare, aut, pro rōne, reuelare secretū, per tinet ad prudentiā, cuius est discernere inter tē pus tacendi, & tempus loquendi: vnde Prouer. 10. Qui moderat labia sua prudentissimus est, & ca. 11. proximē ante prouerbium thematis. Qui despicit amicū suū indigens corde est: vir autē prudētacebit, i. tacebit in publico, occul tē autē castigabit: vt habet glossa interlinearis: ergo celare secretum, officiū potius est prudētia, q̄ fidei. ¶ Tertiō & postremō arguitur. Secretum temerē & sine causa effutire, hoc vanitas est, & incōtinentia: etenim, vt docet Arist. 7. Ethic. c. 4. quanq̄ cōtinentia absolutē dicta, circa solas versetur v̄oluptate stac̄us: tamē, cū addito dicta, ad alias etiā affectiones extendit: est enim q̄s incōtinens honoris, aut irae, atque adeō lingua: quo circa, q̄ temerē secreta p̄fundit, vaniloquus appellatur. Atq̄ secretū, præter rōnem, metus causa reuelare, contrariū est formidini: vt cū quis in eculeo luit tormento vietus, crīmē prodit, de quo iniuste interrogatur: ergo celare secretū, officiū propriū est, aut cōtinentia aut fortitudinis, q̄ iustitiae, atq; adeō fidei. ¶ In cōtrariū est prouerbium propositū: vbi qui reuelat arcana, fraudulentus appellat: atq; adeō, fidelis, qui celat amici cōfissum,

Ecretorum aliud est de re propria eius qui secretū apud se continet: aliud vero est de re aliena. Et quia hēc varias habet consideratiōes, tres erunt quæstiones in hoc primo mēbro. Prima de secreto in gñē: altera, de secreto alieno: & tertia, de secreto cuiusq; p̄prio. ¶ Sed antea solutionē primæ qōnis, circa expositionē termi norū nō tacitus præteribo, esse quodā, q̄ hoc noīe secretū, quod in scholis frequentissimum Nomen s̄c retum, est, scrupulose vtant, pro eo q̄ est arcanum & occultū: insinuantes non esse in hac significatiōe fatis latinū. Sed nihilominus, quanq̄ secretum idē est qd̄ separatū: vt est illud iuris cōfultorū: Secretorū secreta est ratio. i. Diuersorum diuersa est ratio, atq; iudiciū: vnde secretō loqui: est in secessu & sine arbitris loqui: tñ profectō id ipsum quod quis secretō loquitur, secretū etiam latine dicitur. Nā apud iurisconsultos, latinitatis nō negligentes, non rarus est usus huius noīis in hac significatione. Vt ff. de re militari. l. Omne delictū. Exploratores qui secreta nunciāt hostibus, proditores sunt. Atque adeo Quintil. in altera declamatione, p̄ eq̄ co, nō semel vtitur hoc noīe. Poterā (inquit) iudices secretum hoc sensis, profundūq; vocare cōsilium. Sed de hoc satis. ¶ Quod tamen ad rem attinet, loquimur primū omniū de secreto in tota disputatione formaliter, nēpe de re quæ suapte natura digna est: vt secreta seruet, scilicet, q̄ aut mala est & peccatum, aut cuius reuelatio est perniciosa. Adhuc enim modum loquunt̄ hoīes de secreto: nā virtutes & opera q̄ ad gloriā hominis spectat, nō sunt celatae digna: nec appellātur secreta. Quapropter cæci illi euangelici Matth. 9. nihil fecerūt cōtra virtutem, diffamātes Christū de miraculo: nā, vt ait illic Hierony. dñs propter humilitatem fugiens iactantiā hominū, præceperat ne se diffamarent: & illi propter memoriā gratiæ, non potuerūt tacere beneficiū. ¶ Secundo notandum est, q̄ secretū & occultū & (quod his opponit) manifestū, multis modis dicit, vt videbimus in fronte statim secūdi mēbris: tamē in presenti qōne secretū vocamus, quicquid nec est notoriū, nec infamia, p̄clamatū. Ita vt dicam⁹ secretum, quicquid ab ecclesia tolerat: vt habeatur. c. Vesta. De coha. cler. & mul. Tāet si varij sint gradus secretorū: nā aliquād est omnino secretum, qđ præter Deū, solus ipse nouit, q̄ cri men admisit, aut forsitan confessior. Alio modo accipitur secretum: pro eo qđ iuridice probari non pōt: vt qn̄ vñus solus est testis sine alijs in dicijs. Tertio modo dici⁹ secretū: quicquid nō est in iudiciū delatum, nec publica infamia laborat

Membri primi,

Quæstio prima.

5

Fides du-
plex.

borat: licet possit, pbari. Et quāto secretum inter pauciores continet, tāto grauius scelus est illud prodere. Sed de his oibus generaliter mota est qđ. ¶ Tertiō notandū est, qđ nōmē fides duplex est, & ex quo cū ad duas virtutes, alteram intellectuālē, & alterā moralē. Significat eīm prīmo habitū & virtutē mentis, qua certō & constāter, & (qđ dicunt) firmiter, dicitis cuiuspiā achēremus. Quādāmodū Arīl ot, in Top.lib. 5. Fides (inquit) est opinio cum vehe- mētia: ad est, assensus sine hēsitatione. Quē qui dem ad præsens negotiū nihil attinet. Significat secundō habitum voluntatis, qui & fidelitas nuncupat, quo dicta & promissa factis con plenius, & certa facimus. Quō accipit illic, Ac cipe, daq; fidē. Quā graphicē describit Cice. i. offic. c. de iustitia. dicens, Fides est dictorū con uentorū: cōstantia & veritas. Et dicit fides (qđ prater Cicero. adnotauit etiā Aug. lib. de mēdacio. c. 20.) qđ sit qđ dicit. Id eīm præ se ferunt duæ illæ syllabæ fides: quarum prior insi nuat, facere, posterior verō dicere. Quā virtutē tāti fecere Romāi, vt statutā ei, Iouis optimi vicinā, in capitolio statuerēt. Quod ex oratione Catonis refert Cice. offi. lib. 3. Et vslq; adeo eā semp coluerūt, vt p fide, vel hostib; seruāda, Marcus Regulus mortē oppeteret. Et de hac loquimur in p̄sentiarū. ¶ Sed qđ hoc primū ad notitiā dicendorū cōducit, notandū est quartō, duplīcē esse id genus fidē: alterā quidē quæ versat circa dbitū legale: qđ est vere & iure de bitū: quale est in cōmercijs & cōtractibus ciui lib⁹, in quib⁹ est ratio dati & accepti. v. g. Fides est, empōrē statuto tēpore promissum pretiū p̄soluerē: & cōtinges mutuas sibi operas impēdere: & ciues principi parēre: ac deniq; principe quī tributa populi recepit, ciues viciſim armis tueri, ornare morib⁹, & legib; emendare. Quod sonat illud euangelij. Quis putas est fide lis seruus & prudēs, quē cōstituit dñs sup familiā suā? Matth. 24. Et huiusmodi fides nulla rōne à iustitia separat, imo est ipsa iustitia: atq; adeo per oēs materias iustitiae diffunditur. Et de hac loqui Ci. loco citato: vbi dicit, fidē fun damentū est iustitia: vt pote qđ oīs iustitia inde pendeat, si certū quisq; faciat qđ dicit. Unde, in vsum abiit mortalib⁹, vt quoties qđ iniuriā passus est, deorū hominūq; fidē imploret. Aliaverō est fides & fidelitas qđ versat circa de bitū morale, qđ nō est absolute debitū, sed ad quādā naturalē pertinet honestatē. Vt si quis quid ex liberalitate sua & bonitate p̄misit, fides est vt impleat. Quod sapiēs admonet Eccl. 5. Si qđ voulisti deo, ne moreris reddere, disipli cēt. n. ei ifidelis & stulta, p̄missio. Et huiusmo

dis fides nō est propriē iustitia: nā vbi debitum fundat in sola liberalitate & bonitate, p̄mitētis, nō est vera rō debiti: nec est p̄inde integra rō iustitiae. Est tñ, vt docet S. Tho. 2. 2. q. 80. pars potētialis iustitiae: nā partē potētiale cardinalis virtutis vocat philosophiālā virtutem: in qua non est tota rō talis virtutis cardinalis: sed propter similitudinē reducitur ad illam, ve lut liberalitas reducitur ad iustitiam.

1. Cōclusio

His præuotatis respōdetur ad qđ nēm trībus cōclusionib⁹. Prima. Secretū seruare alienū, est officiū fidei. Probat. Actus extēnō, illaus potētiae & virtutis est, cuius p̄ priuobiectū, p̄ xime mouet ad talē actū, & p̄ p̄tē intēndit p̄ illū: vnde dimanauit regula illi philosophorū, Habitus & p̄ prius actus versant circa idē obiectū. Vt vīlo iudicat esse, p̄ prius actus potētiae visuā, qđ color, qui est, p̄ priū obiectū il lius potētia, p̄ xime mouet ad talē actū: & cda re eleemosynā est actus misericordiæ: qđ miseria, qđ est obiectū misericordiæ, mouet ad talē actū: & subleuatio miseriae intēndit p̄ illū: sed p̄ priū obiectū fidei, vt expositū est, est facere quod qđ dixit, & implere quod p̄misit, & hoc est qđ mouet ad seruandū secretū & qđ intēndit p̄ talē actū, ergo seruare secretū est officiū fidei. Exponit minor. Senator, aut canonicus, aut quicunq; p̄sona publica astringit iure iurando seruare secretū senatus aut capitulo: fides ergo est que inclinat ad seruandū tale secretū. Et eadē rōne, si p̄sona priuata, data fide secreti, recepit arcanū alterius. Sed qđ visu aut relatione tertie p̄sonę nouit crīmē alienū, quanq; expressē nō p̄misit secretū, cēsetur tñ virtualiter, p̄misit: propter vinculū & ius naturale, quo quisq; tenetur seruare secretum proximi, vt quālione sequētū manifestabitur.

2. Cōclusio

Sed cōclatio. Seruare secretū ad qđ quiste net ex officio publico aut legali debito, est officiū fidei, qđ est pars subiectuā & p̄pria species iustitiae: sed seruare secretū ad quod qđ ex honestate solū naturali obligat, est officiū fidei, qđ est pars potētialis iustitiae. V. g. Senator, aut canonicus & quicunq; publica astringit fide, virtute iustitiae tenet seruare secretū publicū: & Ep̄s secretū pap̄x: qđ iurat seruare. c. Ego e p̄scopus. De iure iurando, quod si reuelat, cōmittit iniustitiā: & grauiorē ex ḡnē suo, quasi nō redderet mutuū aut furtū. Et maiori ratio ne sacerdos tenet vinculo iustitiae seruare secre tum cōfessionis qđ hoc illi incūbit, ex officio. Imo vero sacerdotē seruare secretū, nō solū est iustitia, sed religio: atq; ad cō reuelare, nō solū est iustitia, sed sacrilegiū. Sed inter p̄sonas priuatas, qui data fide recipit arcanū amici, te

netur illud abscondere de iustitia: veluti tenet quis seruare depositum. Atq; adeo, qui per iniuria extortis ab alio secretum suum, tenetur illud seruare: sicut si tenet restituere fuitum. Ut si q̄ literas alienas aperuit, præter q̄ grauiter peccauit, obnoxius est secreti seruandi. At vero quādo quis visu, aut relatione tertie personæ secretum nout, tunc nō propriè de iustitia, sed de honestate naturali tenet illud seruare. ¶ Colligitur ergo q̄ seruare secretum proximi, est propriè officiū fidei, ut habetur in verbis thematis. Ob idq; in epistola Philiberti episcopi, quæst. 22.5. can. De forma. inter sex officia fidelitatis que seruus debet iurare dñō, secundum est, de secreto seruando. ¶ Colligitur deinde, huiusmodi fidem partem esse iustitiae: & ideo Ioseph sp̄s̄ Virginis ut iustus commendatur ab euangelista, Match. 1. qui de flagitio sponsæ, qd̄ forte fuerat suspicatus, vt putat Aug. noluit eam traducere. i. prodere & z. Cœclis diffamare: quia id probare nō poterat. ¶ Tertia cœclusio. Seruare secretū de re propria, nō est propriè officiū fidei, sed cōtinentie, & charitatis, qua se quisq; tenetur diligere: & famæ suæ cōsulere. Prima pars persuadetur illa replicā primi argumenti principalis: nam fides est pars iustitiae: hominis autem ad seipsum nec iustitia est nec iniustitia. Secunda pars est manifesta: nam qui secretum suum temerè revelat, vanus est, & incontinentis linguae, atq; adeo suæ prodigus famæ. ¶ Ad primum argumētū respōsum est in secundo notabili. Et ad replicā pro priori parte respōdimus modo in tertia cōclusu. Sed ad secundā negatur q̄ seruare secretum alienū sit proprius actus charitatis aut amicitiae: at remote imperatur à charitate: nam charitas, quia est vniuersalis virtus, habet imperium super omnes alias virtutes, & oēs mouet ad suū finē. Ut charitas patriæ mouet ad aggressum bellicū: qui tamē est, prius actus fortitudinis: & charitas proprię p̄sonæ mouet ad ieunium, ne noceat cibus: q̄ tamē est proprius actus tēperantiae: & ad hūc modum charitas amici mouet ad seruandum eius secretum: qui tamē est actus fidei. ¶ Ad secundū argm̄ principale respōdet Aris. 6. Ethic. c. 12. vbi dicit q̄ virtus facit rectā intentionē & propositū finis: sed prudētia disponit & inuenit media quibus illū cōsequimur. Ut fortitudo facit p̄positū strenuē agēdi in bello: sed qn̄ expedit aggreḍi, qn̄ ve receptui ea nere, hoc prudētia discernit. Et tēperantia facit intentionē comedēti q̄ātū cōuenit vale tudini: sed qn̄ oporteat aut nō oporteat comedere, hoc ostendit prudētia. Eodē modo, si

des est quē inclinat vt nō reueletur sine causa secretū: sed quādo oporteat velare, quādo ve reuelare, hoc dirigit prudentia. ¶ Ad tertiu respondet q̄ nihil vetat idem opus à duabus virtutibus, etiā particularib⁹, aut à duobus vitijs ab vno proxime, & ab alio remotè dimanare. Et hac ratione, quanquam reuelare secretum sit proprium peccatum infidelitatis, nascitur tamē quandoq; ex defectu continētie, & quādoq; ex defectu fortitudinis. Nā virtutes sunt connexæ: & ideo, vna sublata, reliquæ fiunt debiliores, neq; habet iustū gradum virtutis.

QVÆSTIO SECUNDA.



Trūm seruare secretū proximis sub p̄cepto? ¶ Ad partem negatiuā occurrit in primis exemplum Christi seruatoris nostri, cuius nos admonet Paul. ad Ephes. 5. vt sumus imitatores, qui crimen proditoris Iudæ ceteris Apostolis nunciauit dicens. Venus ex vobis me tradet, Ioannis, 13. & interroganti Ioanni, Domine quis est? respondebit: Cui ego intinetum panem porrexero. Et, vt de thesauro scripture noua proferamus & vetera, Leuit. 5. p̄cipiebatur. Qui audierit vocem iurantis (scilicet falso) testisque fuerit &c. nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam. Vnde colligit Augustinus, vt refertur. 22. quæstio. 5. capitu. Hoc videtur. quod non solum ante peccatum admonendus est frater ne peccet, sed postquam peccauit, quanvis peccatum sit secretum, denunciandus est illi qui possit prodesse & non obesse. Et, vt ab utroque iure testimonium petamus. ff. De iniurijs. habetur eum qui nocentem infamauit, non esse bonum & æquum ob eam rem condemnari. Peccata enim nocentium nota esse oportere & expedire. Ergo seruare secretū crimen, non est sub p̄cepto.

¶ Secundo arguitur. Omnia p̄cepta necessaria ad salutē, comprehenduntur sub decalogo, secundum illud Matt. 19. Si vis ad vitā in gredi, serua mandata: & subiectū solū p̄cepta decalogi. Non homicidium facies. Non adulterabis &c. sed non constat quo p̄cepto decalogi comprehendatur secretorum fidēs: ergo non est p̄ceptum.

¶ Tertiō arguitur. Non videtur minus malum prænunciare peccata futura, quam denunciare p̄terita: sed licet astrologo prænunciare hominum peccata quæ de astris & complexione hominum coniectat, vt etiā habetur lege. Item apud Labeonem. §. Si quis Astrologus. ff. de iniurijs. dummodo id non faciat

faciat arte magica: nā tūc vltore gladio puniēdus est, vt iubet. l. Nemo. C. de maleficijs & māthe. ergo licet & peccata prēterita reuelare.

¶ Et cōfir. Historici multa enarrant peccata, q̄ velerant occulta, vel nō fuissent adeō publica, si nō historijs proderent: ergo seruare secretū nō est sub præcepto. ¶ Sed in contrariū est, q̄ opera iustitiae sunt sub præcepto: de quo admo nemur Matth. 7. vt quæ cūque volumus faciat nobis hoīes, hāc & nos faciamus illis: sed fidelitas est pars & species iustitiae, & seruare secretum est fidelitatis officium, vt dictum est. ergo seruare secretum est præceptum.

Q Vanis superiori quæstione definitum sit seruare secretum esse virtutem, superest tamen sub iudice an sit sub præcepto: nam sunt virtutes multæ ad vitæ perfectiones spectatæ, quæ non sunt nisi sub confilio: vt de paupertate insinuat Christus iuuenilli euangelico, Si vis perfetus esse, vē de oia quæ habes &c. & de virginitate dicit Paul. 1. Cor. 7. præceptum dñi nō habere, consiliū autē dare. Atqui, dū quæram⁹ an fides secretis sub præcepto, loquimur de secreto formaliter. i. de re quæ suapte natura digna est vt secretò seruetur, nēpe quæ mala est, aut mali causa. ¶ Respondetur ergo ad quæstionē quinq; cōclusionibus. Prima. Ad fidē alieniscreti, qđ est dere proximi, naturali iure teneuntur diuino, atq; humano. Cōclusio receptissima est oībus philosophis & theologis, sed loco seruari oportet, à q̄bus veritatē eruamus. Et qđ sit ius naturale celare secreta q̄ sunt peccata, probat primò ex ipsa peccatorum natura. Hoc enim differt inter virtutū opera & vitorū, q̄ natura virtutū, q̄ ab oī sunt, est, vt manifesten: sed peccatorū natura: q̄a mala sunt, est, vt contingantur, nec, nisi ex necessitate correctionis aut punitionis detegant. Qualia enim sunt rerū principia, talē sortiū & naturā: procedūt aut virtutes à naturalilumine, peccata vīro ab ignoratiā: nā omnis prauus ignorat. 3. Ethico. c. 1. sunt ergo virtutes suapte natura dignæ quæ pālām fāt, peccata vero sunt celatu digna. Vnde, mos scripturæ est peccata vocaretenebras, virtutes vero lucē. Ut Io. 3. Dilexerunt hoīes tenebras magis q̄ lucē. Et Ro. 2. Ab iijciamus operatenebrarū, & induamur arma lucis. Et Esa. 3. reprehendunt q̄ peccata sua si cut Sodoma prædicauerunt. Sed Matth. 5. præcepit Chrs vī luceāt opera nīra bona coram hoīminibus: & natura, ea q̄ in nobis imperfectiora sunt cōiecta esse voluit, faciē vero voluit cōtrā patere. Est ergo cōtra naturā crimina detegere, nisi correctionis grā ordine seruato iuris;

atq; adeō præceptū naturale est secretā celare. ¶ Et cōfir. hāc rō. Amicitia, quæ hoībus tā est necessaria, nulla sanē esse posset, nisi peccata & praua hoīm corda occultā essent. Nam si mala q̄ tu secreto admittis, cūtis esēt manifesta, q̄ te prosequerēt amore? Et si q̄ alij in corde cogitāt mala, tibi esēt cōperta, quæ posses vñq; amare? Reuera præclarē nobis cū actū est, cū hoīm mala deus & natura occultā esse voluerunt, vt vel hac rōne amicitia inter hoīes coalesceret. ¶ Secūda rō sumit à dāno dato, & pcedit non solū de secreto peccato, cuius reuelatio esset in famia, sed de omni secreto cuius reuelatio esset pernicioſa: vt si q̄ latentē proximi thesaurum aperiret larronibus, aut latentē hoīem pderet hostibus. Rō est huiusmodi. Naturale vinculū charitatis est, vt proximos sicut nosipos diligamus. Matth. 22. cui proxima est illa ḡnialis iustitia, vt quęcūq; volum⁹ vt nobis faciat homines, hāc & nos faciam⁹ illis, atq; adeō (vt est in libro Tobie) q̄ nolumus ab alijs nobis fieri, nec nos alteri faciam⁹ vñq: vñ lex pendet & pphete. i. oia præcepta iustitiae, tā affirmativa, q̄ negativa: sed quicūq; mortalium testa rōne cupit vt qđ alteri secreto cōmisit, secretū seruet, vt pote vñ honor & fama, & s̄epissimè vita pēdet: ergo equa rōne, quicūq; naturali iure cōstringit humile officiu alteri vicissim p̄stare. ¶ Tertia rō sumit à fine. Necesitas enim & rō mediorum à fine sumēda est, autore Arist. 2. Phy. tex. 8.8. Sed in vita humana necessariū est alios alijs arcana sua cōmittere & credere ad capiendū cōsiliū futurorū, vel ad leuandā & exonerādā tristitiā & agravitudinē animi, ad aliaſq; permultas vtilitates, quas affert sapiētū amicitia: sed si hoīes nō altringerent ad fidē secreto rū, nō esset q̄ hāc cōmitteret amico: ergo fides secretorū est sub præceptionalitati: alijs multa & egregia cessarēt amicorū officia. ¶ Et cōfir. hāc rō. Lex naturalis est, vt res & cōsilia publica nō teinerē cōmittant cuicūq; de plebe, sed sint senatorēs & rectores spectatæ virtutis & prudētiae, quorū fidei cōcedant hoc verō seruari nō posset nisi esset secretorū fides: ergo ad fidem secretorū, personæ p̄fertim publicæ tenent, quod vel maximē manifestū est tpe belli, nā tunc capitale est secreta reipub. hostibus prodere, vt. l. Omne delictū. ff. de re milit. sanctum est. Atq; adeō postremō confirmatur conclus. Natura in hoc hoīes pduxit, vt in pace & trāquillitate cōuiuant, est enim hoī suapte natura ciuile animal, vt autor est Arist. Ethic. 9. sed si hoīes hominū secreta detegerent, maximē inde perturbatio, atq; adeō reipublicæ peruersio cōmoueretur: ergo præceptū naturale

Membri primi,

est, ythoies hominū vicissim secreta custodiāt. ¶ Quod aut̄ secrētorū fides sit itē sub p̄cepto diuino positiuo, vel ex illo maxime cōprobat Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, corri pe illū inter te & ipm solū, ubi Christus, vt mi tissimus medicus, sūmopere solicitus fuit, quō occulta crīmina nō fierēt manifesta, nisi oībus priū tentatis, vt decreto corrigeretur. Imò ve rō, v̄sq; adeo fuit honoris nostri & famæ pte cōtor, vt caueret, ne vel per cōiecturas occulta pximorū crīminaliudicarem. Nolite, n. (inqt) iudicare: & nō iudicabimini. Matt. 7. Quod re uera rōni consonū fuit: nā in hac mortali vita, in qua locū est p̄enitētiae & emēdationis, vti lis est, atq; adeo necessaria fama, tū peccatorī ipsi vt resipiscat, tū etiā alijs pximis, quib⁹ hō bona famæ prodesse p̄t: ob idq; peccata in hoc seculo velanda Deus esse voluit & conte genda, sed in die iudicij, vt iā fama peccatorib⁹ nō erit necessaria, tunc expedit vt oīa ad mani festam vindicationē in publicū traducant. Vnde. 1. Cor. 4. Nolite (inquit Apost.) ante tēpus iudicare, quoadvsq; veniat dñs, q; illuminabit abscōdita tenebrarū, & manifestabit consilia cordiū. ¶ Postremo probatur cōclusio ex iure humano. Nā primū v̄ troq; iure cautum est ne quis, nisi via iuris, alterius crīmē prodat, vt. C. de famo. libel. vni. ubi Valētinianus & Valē tius stricte admonēt, vt nemo quenq; nisi in iudicio, diffamet: atq; adeo, his q; extra iudicium libellos famosos spargunt p̄enā decernūt capitis. Quæ lex in cōcilio Illiberitano appro batur. q. 1. ca. Si qui, ubi præterea anathemati zantur qui id genus libellos in ecclesia ponūt. Qua causa & qōne Greg. ca. quidā maligna ex cōmunicauit quendā q; libellū famosum pro duxit. Et Adria. ca. 1. huiusmodi infamatores præcepit flagellari. Nā p̄ena capitis nō intelli gitur nisi quādo libellus infamatorius crīmina profert capitalia. Et. ff. de iniurijs. l. lex Corne lia. §. si quis. accumulatur p̄ena hisce infama toribus, vt intestabiles sint: id est, vt nec testa mentū facere possint, nec ad testamētum, tan quam testes, adhiberi, vt exponitur. l. Is cui. ff. de testa. §. Si quis. quæ lex refertur in cap. S. te stes. 4. q. 3. ¶ Et cōfirmatur cōclusio. Nā leges humanae non solū prohibent quenq; nisi in iudicio diffamari, sed ne quis alium in iudicium deferat, nisi cuius crīmē idoneis testibus, p̄bare posset: vt caue. C. de proba. l. fin. Quæ lex recipitur iure canonico. 2. q. 8. cap. Sciant. Nā crīmen quod nō probat, pro falso habetur in iure. Quocirca accusator qui in accusatiōe defecrit, decreto Damasi papæ p̄ena plebitur talionis. ca. Calumniator. 2. q. . Et ibidē Adria.

Quæstio secunda.

Qui non probauerit (inquit) quod oblecerit p̄enā quā ipse intulerit patiatur. Et idem ha betur. ff. ad Senatus consultū Turpilianum. l. 1. & C. de accusa. l. fin. ¶ Et tertio confirmatur. Quia nō solū circa priuatas personas hoc eau tum est v̄ tro q; iure, sed & prelatis p̄scriptū est, ne crīmina puniāt, quāuis sibi sint nota, nisi in iudicio fuerint pbata. Stant decreta cōci liorum Varenē, & Aphi. ca. si tantū ep̄s. & ca. Placuit. 6. q. 2. ubi habetur, nullam iniuriā ep̄o irrogari, si ei soli nō credat. Nā secrētorū solus Deus & cognitor est iudex. d. 32. c. Erubescat. Et hæc de secreto ḡnali. Nā de quibusdā secrētis in particulari sunt etiā iura. Ut de p̄eniten tijs & remiss. sub grauissima p̄ena cauet ne sa ceros quoquo modo secrēta cōfessionis reue let. Et ca. Ego ep̄iscopus. De iure iur. ep̄iscopus iurat seruare secrētu pap̄e. Et. 22. q. 5. c. de for ma. iubetur seruus esse fidelis domino in secreto seruando. Et. ff. de re militari. l. Omne deli citum. §. Exploratores plectūtur p̄ena capitis, qui exercitus secretahostibus pandunt. Colli gamus ergo, tripli nos iure cōstrīngi ad fidē secrēti seruandi. ¶ Secunda conclusio. Præce ptum seruandi secrētu, tametsi habeat formam affirmatiui, est negatiū. Probatur. Nā seruare secrētu, est non reualare nisi ordine iuris: & ideo obligat semper & pro quocunq; tempore. Quotiescunq;. n. quis reuelat secrētu alterius, nocet illi; atq; adeo peccat. Itaq; perinde est seruare secrētu: ac si dicas, non diffa mare proximum: si secrētu est de re infami, aut nō dare dānum, si secrētu est de re cuius reuelatio est causa damni. ¶ Tertia conclusio. Secretū alienum temerē & sine causā reuelare peccatū est ex genere suo mortale, leuius quidem q; homicidiū & adulterium, sed grauiss q; furtū. Loquitur hīc de secreto crīmē: nam de hoc est principalis intentio in tota reuelatiōe. Probatur ergo prima pars. Peccatum illud est mortale ex genere, qđ ratione obiecti est contra charitatē, sed reuelare secrētu est huiusmodi: ergo. Explicat hæc minor. Proprium & per se obiectū, & malum quod sequit ex reuelatiōe occulti sceleris est infamia, pximi: nā fama est clara cum laude notitia: & qui reuelat crīmē alterius per se generat malā opinionem illius: sed per accidens est q; tale crīmē obiectat peccatori in faciē, quod est cōtra honorē, per tinēs ad contumeliā: aut q; talis reuelatio ver gat in detrimentū honorū, aut vitā alterius (& hoc memoria teneat ad notitiā dicendorū) sed q; denigrare famā, pximi sit contra charitatē, patet, quia fama cōputatur inter bona humana: & ideo non stat q; quis diligat aliū, & tamē denigret

Membri primi,

denigret famam illius. ¶ Secunda & tertia pars conclusionis afferuntur à S. Thom. 2.2.q.73. ar. 3. Et probantur ambæ. Nam grauitas peccatorum ex genere debet attēdi secundū grauitatē obiecti: sed vita maius bonū est q̄ fama: & mors maius malū q̄ infamia: ergo homicidium grauius peccatum est q̄ denigratio famae. Et quia adulterium de se opponitur futura vita & educationi prolixi, fit ut grauius etiā sit q̄ reuelatio criminis, quæ est contra famam. Dixerim ex genere: quia in individuo: si reuelatio est cōtra vitam, vel infamia est valde notabilis, poterit esse maius peccatum q̄ adulteriu. ¶ Patri ratio probatur quod reuelatio criminis sit maius peccatum q̄ furtum. Nā fama est maius bonum q̄ bona exteriora temporalia. Primo q̄a est bonū magis spirituale. Vnde Proverb. 2.2. Melius est nomen bonū q̄ diuitiae multæ. Deinde, quia latius & ad plures se extendit, sicut odor vnguenti. Vnde Eccl. 7. Melius est nomē bonū, q̄ vnguenta pretiosa. Et postremo quia diuturnius est. Vnde Eccl. 4.2. Curā habe de bono noīe: hoc em̄ magis permanebit tibi, q̄ milles thesauri pretiosi & magni. ¶ Et cōfirmatur ex S. Tho. 2.2.q.33.ar.7. quia infamia plus nocet q̄ amissio honorū temporalium. Nocet em̄ nō solū in temporalibus (in quibus etiam sape iacturam facimus) sed etiam in spiritualibus: quia multi timore infamiae arcentur à peccato, qui perdit famam obdurantur in illo. Vnde Hierony. super. 18. ca. Matth. Corripiedus (inquit) seorsum est frater, ne, si semel pudore vel verecundiam amiserit, permaneat in peccato. Et secundò, quia infamia vnius vergit in infamiam aliorū. Vnde August. in epist. ad plebem Hipponensem. Infamato uno religioso, totus cōuentus infamatur. Et tertio, quia prodito peccato vnius, exēplo illius alij trahuntur ad peccandum. At vero hæc dicta sunt de reuelatione secretorum in genere. Nam sunt in particulari nonnullæ reuelationes, vbi, præter infidelitatē accumulant circunstantiae aliorum generis peccatorū. Ut patefacere latronibus vbi latitent thesaurus proximi, præter infidelitatē, genus est furti: quēadmodum prodere latentē hominem hostibus occidendum: genus est homicidij. ¶ Serui ergo sunt & mancipia, qui plurimi estimant in pecunia fidē, quām in secreto: vt est apud Comicū. Cuius tu fidē in pecunia perspexeris, verere ei yerba credere? Nam sapientes longè aliter sentiunt. Socrates em̄ celebrisimus lumine naturali, colendam fidem potius docebat in arcanis, quā in creditis pecunijs. Et Cato, vel de hoc potissimum celebratus est, q̄ amicorum arcaña mita sanctitate celab-

Quæstio secunda.

bat. Et Simonides, homines insimæ notæ cen-sebat eos, qui secreta cōtinere nō possent: atq; adeò similes seruo illi apud Comicū, qui r̄imarum plenus cūcta effundebat arcana. Quid plura? Vsq; adeò apud summos Philosophos celebrata est secrētorū fides, vt, vel ob hoc maximè, antiqui m̄ysticas olim ceremonias in templis deorum statuerint, quas nefas erat in publicum efferre: vt capta inde silendi cōsuetudine, fidē secrētorum colere & obseruare doceretur homines: vt est apud Plutarchum in Deliberis educandis. Sed multò sane sanctior est Christianis magisq; religiosa secrētorum fides; nam (quod tres positas cōclusiones summo argumēto stabiliamus) vſq; adeò Ecclesiæ solenne est secreta celare, vt sacrosanctū Eucharistiq; sacramentum sacerdos occulto peccatori ministrare debeat, ante quā eius crimen prodat: etiam si illud extra sacramentū secrēto nouerit. Quæ doctrina est August. homil. 50. de poenit. & refertur secunda quæst. prima. cap. Multi: ¶ Quarta conclusio. Grauius peccatum est re 4. Cōclusio uelare secretum quod quis ex debito iustitiae tenet tacere, quām illud ad quod solū tenetur de honestate naturali, ceteris paribus. Verb. gra. Senatori aut canonico grauius peccatum est reuelare secreta publica, q̄ priuatæ personæ reuelare illud quod non incumbit sibi ex officio tacere: nam in priori est vera ratio iustitiae, & in altero non est tam propria ratio iustitiae. Atq; adeò, sacerdoti sumum scelus est reuelare secretum confessionis: quia nō solū est infidelitas contra ius naturale, sed est sacrilegium & cōtaminatio sacramenti cōtra ius diuinum: & præterea est in perniciem maximam Christianismi: nam sublati sigillo secreti, tolleretur sacramentum confessionis, quod Christianis maximè est necessarium. ¶ Quod si quis percontetur vbi in Euangeliō expressum sit illud ius diuinum, respondeatur, quod licet nullib[us] sit expressum, tamen manifestè colligitur ex necessitate finis. Ex illis nāque verbis Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis re tenta erunt: colligitur præceptum sigilli, tanquam medij ad finē. Quare id genus secretum nulla de causa nec propter summū bonum totius orbis, reuelandum est: vt infrā dictu risus. Quæst. vlti. membra tertij. Quapropter, sacerdoti reuelanti, summa poena destinata est, vt scilicet officio priuatus perpetuam agat poenitentiam: videlicet (secundum antiquam formam) ignominiose peragendo per orbem capit. Sacerdos. De poenit. dist. 7. Sed iam modo intrudi debet in arctissimum monasterium.

Secretoru-
m gradus.

ca. Omnis utriusq; sex^o. De pœn. & cœ. ¶ Sed & in secretis priuatissimis est etiā gradus. Vnde si ordinē secretorū colligeret iuvat, in primo gradu est secretum confessionis: in secundo secretū publicum extra confessionē: in tertio quando priuata persona per iniuriā extorsit secretū alterius: nā tunc de iustitia tenet illud seruare: quē admodū fur tenet restituere furtū: vt si iudex vel alia persona vi & iniuria extorsit secretū ab aliquo, tenet illud celare. Et eodem modo qui litteras alienas aperuit, p̄ter peccatum qđ cōmisit aperiendo, peccatum reuelando, cōtra iustitiam. In quarto gradu est qđ q̄s ex sua bonitate, data fide, recepit arcanū amici. Tunc enim etiā de iustitia tenet illud tacere: nā alter nō cōmisisset secretū nisi ille daret fidē: & ideo illic est fides secreti, sicut fides depositi. In quanto & ultimo gradu est quando q̄s visu aut relatione alterius nouit secretū: nam tūc solum tenet seruare de honestate naturali. Nihilominus esset peccatum mortale reuelare, nisi via iuris: nā honestas naturalis pars est iustitiae, vt dicitū est, potētialis. Augetur etiā aliunde obligatio secretorū: vt si quis accepit secretū sub iuramento, aut si reuelatio illius esset in periculum vitæ, &c. Insinuabat se hic quæstio, an seruari secretū vsq; adeō sit in præceptio, vt teneat quis aliquādo prius mortē oppetere, q̄ illud reuelare: sed hæc in tertio mēbro cōgruentius disputabit: vbi tractabimus quādo quispiā cōtraius de occulto criminis interrogat, quidnam sit acturus. ¶ Quinta & ultima cōclusio. Qui secretū alienū temerè & sine causa reuelat, tenetur ad restitutioñem famæ. Hoc patet, postquam fama est verē bonū alienū, quod ille abstulit. Sed tamē hanc cōcluſionē non est præsentis loci tractare: diximus enim latius de illa in materia de restitutioñe. Sed satis est hīc meminisse q̄ reuelator secreti nō tenetur restituere & retractando se: nā retractatio illa esset mēdaciū. Sed dicūt quidā q̄ debet dicere se male & præter ius esse loquutū: quod tamē ego nūquā credidi: nā potius esset hoc cōfirmare & infamatioñē. Enim uero qui nō dicit se fuisse mentitū, insinuat se verū dixisse. Sed alia via facienda est restitutio: vt si ille infamator bene aliās loquatur de infamato: vel in alijs bonis cōpenseret infamia. Nā potest comutari fama cū bonis alterius generis, vt dicit S. Tho. 2. 2. q. 62; ar. 2. ad secundū. Potest tamen diffamat^o remittere restitutioñem famæ, sicut restitutioñem aliorū bonorū, vt illic cōprobauimus. ¶ Ad primum argumentum multis modis sollet responderi. Primo q̄ Christus nō reuelauit personā Iudæ in singulari, sed in cōmune dixit: vnius vestri me traditurus es: vt dicit Eugenius.

Quæstio secunda.

cap. Si sacerdos. De officio ord. Sed tamē hæc solutio nō profutus satisfacit: nā quāquā Matt. 26. in tilla verba generalia, tamē statim subiungitur. Qui intingit manū mecum in paropsys de, hic me tradet. Quod si q̄s dicat multos simul intinxisse in eadē paropsys de; saltē Io. 13. (qd̄ est argumentū nostrū) Iudam p̄priè designavit, dicens: Cui ego panē intinctū porrexero. ¶ Aliter etiā respondet S. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 7. scilicet q̄ Christus, tanq̄ Deus habebat publicū peccatum Iudæ, & ideo poterat illud statim denuntiare. ¶ Vel dicendū (vt reor) quod Christus nō denuntiauit peccatum præsens Iudeū qđ habebat in animo, sed tanquam propheta prænuntiauit q̄ futurū erat: & p̄fānūtiatio erat necessaria ad finē redēptionis, vt persuaderet se nō tradi in scium aut inuitū. Vnde, publicē solū prænuntiauit illud in genere. Lvnus vestrū, vt dicit Eugenius: sed peculiariter Ioanni desi gnauit Iudā ad petitionē Petri, vt tutus esset se non esse illū traditorem: nā id verebatur Petrus. ¶ Ad illud Leui. q̄nto conceditur q̄ tenet quicunq; reuelare peccatum secretū proximi, illic q̄ potest prodelle & nō obesse, vt latius explicabimus mēbro secundo. Et eadē ratione intelligitur illa lex. Eum qui. ss. de iniurijs. videlicet q̄ eum qui nocent ē in famauit (s. ordine iuris) nō est bonū ob eam rem cōdemnari. ¶ Ad secundum principale respōdetur, quod præceptum fidelitatis secreti seruandi reducitur ad octauum præceptū. Nō falsum testimoniuñ dices: nā quod nō probatur, pro falso quodāmodo habetur in iure. ¶ Ad tertium, conceditur quod licet Astrologis, aut de astris, aut de complexione, aut de physionomia, affectiones hominum & quodāmodo peccata in genere prænuntiare, dummodo fiat salua fama alterius: nec certò affirmetur, tanquam res manifesta. Vt si afferat tales hominē, quia tali sydere natus: in tale genus virtutū naturā habere tēperatam, aut in tale genus vitiōrum eam habere corruptam. Et hoc non est reuelare occultū crimen, sed docere quid sit in natura rerum. At vero in particulari assuerare eum authoc futurū, aut homicidiū patraturum, temeritas est. ¶ Et ad confirmationem de historicis, primō nō est necessarium oēs historicos excusare: nā sunt qui multa scribunt, quæ potius essent silentio prætereunda. Et secundo quanquam multa crimina scribant quæ nō essent aliās adeo publica, hoc tamē licet propter bonū publicū, vt homines exēplis antiquorū intruātur, & perterreātur. Eō vel maximē si enarrentur historicæ priscorum: nā occulta delicta viuentiū in publicū efferre, libellum esset confidere dissimilatoriū.

Vtrum

Membri primi,

Vtrum hominem infamare scipsum reuelando temerè proprium crimen, sit mortale peccatum.

¶ Ad partem affirmatiuam arguiturillo præcepto Sapientis recitato. Eccl. 1.4. Curam habe de bono nomine: Et Esa. 3. reprobenduntur qui peccata sua sicut Sodoma prædicant, nec abscondunt: & Psal. 55. Quid gloriantis in malitia? & Psal. 92. Vt quequò peccatores gloriabuntur, effabuntur & loquentur iniuriam?

¶ Secundò arguitur ratione. Reuelare peccatum est contra naturam peccatorū: quæ suapte natura, vt diximus, sunt abscondenda: sed quicquid sit contra naturā, vi detur esse peccatum mortale: ergo.

¶ Tertiò arguitur. Fama est bonum: ergo illam negligere est peccatum: quod videtur esse mortale: nam est contra naturam boni, q̄ omnia suapte natura appetunt.

¶ Et cōfirmatur. Infamare proximum, reuelando eius crimē est mortale, vt dictum est questione proxima: ergo & infamare scipsum. Consequentia patet ex ordine charitatis: qui in quoq; homine incipit à seipso.

¶ Ad hæc accedit authoritas Augusti. in libello De bono viduitatis. c. 20. quod refertur. 1.1.q.3.cap. Nō sunt audiendi. vbi vehementer increpat illos, qui putant satis esse habere bonā cōscientiam apud Deum: imprudenter & crudeliter cōtemnentes p̄priam famā: quia nobis (inquit) necessaria est vita nostra, alijs verò fama nostra. Idem repetit in sermone De cōmuni vita clericorū: quod habetur. 1.2.q.1.ca. Nolo.

¶ Sed in contrarium est: quia ubi nulla est iniuria, nō est peccatum mortale: sed hominem reuelare proprium crimē non est iniuria: quia hominis ad se non est in iustitia: vt est apud Arist. 5. Eth. ergo reuelare proprium crimen non est mortale.

1. Cōclusio

AD Quæstionem respōdetur septē cōclusionibus. Prima, Hominē reuelare p̄prium crimē temerè & si ne causa peccatum est. Conclusio hæc satis cōprobata est argumentis p̄positis ad partē affirmatiuā: nam est cōtra naturam peccati, qđ debet celari, cū sit malum: & cōtra naturam famē: quæ cū sit quoddam bonū, conseruanda est. Dixerim, sine causa, quia reuelare crimen propriū ad capiendum consilium, vel velandam tristitiam, non est aliud quām operæ pretium, atque adeò virtus.

¶ Secunda conclusio. Ex genere suo non est cōtra iustitiam, sed solum prēter charitatem, qua quicunque tenetur se & sua diligere. Hęc itidem cōclusio in priori quæstione probata

2. Cōclusio

Quæstio tertia.

est: nam iustitia, vt inquit Aristoteles. 5. Eth. est ad alterum: & ideo homini ad scipsum, nec iustitia est nec iniustitia: & volenti, vt ibi dem dicit Aristoteles, non sit iniuria. Quare, qui prodigus est famæ: ex genere suo, nīl alie qualitates circumstāt, nemini facit iniuriam.

¶ Tertia conclusio. Hominem reuelare proprium crimē sine causa, ex genere suo, vt existimo, nō est peccatum mortale, sed solum veniale. Conclusio hæc sepe in has scholas producta est: & sunt magistri nostri qui eā affirmauerunt: & nostris nos lectionibus eam obiter attigimus: at nondum haec tenus de suis p̄nitūs principijs eam comperi ratiocinatam: quapropter in animo est prorsus examinare quid habeat veritatis. Explico primò conclusionem. Reuelare quāpiam suum crimen proprium ex genere suo, nihil aliud est, quām de nigrare propriam famam: nam si id fiat per instantiam aut per complacētiām peccatorū, circūstantiā sunt addentes gravitatem supra genus peccati infamie. ¶ Et vt opposita iuxta se polita clariū eluescat, sententia est domini Caietani nobilissimi auctoris contraria huic nostrā, super. 2.2.q.73.art. secundo, que complectitur tres propositiones. Prima, Hominem infamare scipsum, ex genere suo est peccatum mortale, sicut occidere scipsum. Et quanquam non ponat exemplum nisi in casu quo quis infamat se, imponendo sibi falsum crimen, tamen rationes eius æquo pede procedunt quando quis præter ius reuelat occultum suum crimē: nam generaliter illic, & in summa in verbo. Detractio: dicit quod infamare scipsum est mortale: & grauius, quām infamare alium: & manifestum est, quod reuelare proprium crimen: est infamare se. Secunda eius propositio est. Hoc nō solum est contra charitatem, sed contra iustitiam: nam infamans se facit iniuriā Ecclesiæ & Republicæ, cui necessaria est cuiuscunq; fama. Unde colligit, quod nulla de causa q̄s excusat a peccato mortali infamando se: etiam si positus in tormentis infamet se, ad liberandam vitam.

¶ Tertia propositio eius est, quod qui infamat se, tenetur sibi restituere famā: quia illam per iniustitiam sibi abstulit. At verò, salua auctoritate doctoris grauissimi: atque adeò mihi colendissimi: probatur in contrarium conclusio nostra, videlicet, quod hominem infamare scipsum, non sit ex genere mortale. In primis non est contra charitatem proximi: quia nemini nocet, nec contra charitatem propriam: nam charitas, qua quisque tenetur se diligere, de per se & primo solum obligat

3. Cōclusio

obligat quantū ad bona spiritualia virtutum & gratiarum: sed quātum ad bona temporalia, non obligat, nisi quatenus sunt necessaria ad finem spiritualē: ergo quādō fama mea nō est simpli citer mihi necessaria ad virtutē, nō est contra meam charitatē eam negligere: sed solum erit præter charitatē, i.e. cōtra feroem charitatis, post quām est verum bonū. Et ideo ex genere suo non est nisi peccatum veniale. ¶ Secundō arguitur. Prodigalitas pecunie ex genere suo, ut solum dicat sine causa abiijcere bona, nō est peccatum mortale; quia homo habet liberum arbitrium suorū bonorū, sed solum esset mortale ex circumstantia, si homo teneretur alere familiā, aut prouidere pauperibus in graui necessitate: ergo neq; prodigere famā, neq; honorem ex genere suo est mortale: quia postquam fama & honor sint bona exteriora, tamen liberum arbitrium habet homo super famā & honorem, quām super alia bona. Hic autē insinuatur punctū opinionis Caietani: est enim notandum duo esse genera bonorū. Alia nāque sunt quorum homo est dominus: vt sunt pecuniae & facultates, quas homo pro libito potest donare aut abiijcere: quare, si sine causa quis abiijcia huiusmodi bona, non peccat mortali- ter. Sed aliud est bonum, cuius homo non ha- bet arbitrium: vt est vita, quia nō potest homo se occidere. Existimat ergo dominus Caietanus q; honor & fama sunt omnino sicut vita, itaq; homo nō habet potestatē suā famā: sed q; solus Deus & Rēpublica habent dominium famā: & ideo qui infamatus se, facit iniuriā Rēpublicā & tenetur restituere. ¶ Nostamē sal- uo meliori iudicio, censemus cōtrā, honorem & famam esse sicut pecuniā, quantū ad hoc: & hominē habere arbitriū illorū, sicut pecuniā: nisi q; in genere venialis grauius esset prodige- re famā, quia est maius bonū, quām pecuniā. Et mouemur hac ratione, quia de vita est ex- pressum præceptum. Illo enim præcepto, Nō occides: non minus prohibetur quisq; se occidere, quām alium, vt docet egregie Augu. lib. 1. de ciuitate Dei. c. 2. Ita de vita legimus solum Deum esse Dominum illius: vt Deute. 23. Ego occidam: & ego viuere faciam. & Sap. 16. Tu es Domine qui vitā & mortis habes potestatē: vnde colligitur, nos non esse dominos propriā vitā. Item ratio naturalis est manife- sta: quia cum vita sit fundamentum omnium bonorum, atq; adeò naturalissimus appetitus omnī rerum sit cōseruandise, cōsequens est, vt homo non habeat arbitrium vitā: sed solus Deus est qui potest hominē occidere, etiā pro libito: & Rēpublica, quę potest eum occidere

solum pro bono publico. Vnde colligit S. Tho. 2. 2. q. 64. art. 5. q. occidens se ipse non solum facit cōtra charitatē, sed contra iustitiam, respectu Rēpublice, cuius est vita hominis. Sed tamē de fama nihil tale legimus: immo ratio naturalis oppositum docet: videlicet quod sit i arbitrio nostrō, vt sine peccato mortali possimus illam negligere. Quod profecto loco modo citato S. Tho. in solutione ad tertium aperte videtur sentire. Ait enim explicitē potest homo de se ipso disponere quantū ad ea quae pertinet ad hanc vitā, q; hominis libero arbitrio regit. Sed trāitus de hac vita ad aliam feliciorē, nō subi- cet libe. arb. hois. sed potestati diuinā: & ideo non licet homini se interficere. Ac si aperte dicat, Vniuersa hominis sunt posita in eius arbitrio præter vitā. Vnde nec famā excipit nec honorē. ¶ Et cōfirmatur hæc ratio. Quāuis famā & honor sint præstatoria bona suapte na- tura, q; pecunia & facultates, nihilominus ma- gna copia pecuniā in ciuili estimatione præ- valit alicui famā: quēadmodum licet aurum præstet argento, nihilominus magnū pondus argenti præualet patro auro. Quis dubitet de cem milia ducatorum pluris a estimanda esse, quā famā priuatē personā? Si ergo homo ha- bet liberū arbitrium supra magnā pecuniā, cō- sequens est, vt habeat arbitrium supra famam suam & honorē. ¶ Secundō cōfirmatur ratio. Fama potest pecunijs recompensari, vt docto- res consentiunt in. 4. dist. 5. Imo homopauper rationabiliter mallet restitutionē famā sibi fe- ri pecunijs, quām recuperationē famā: immo ve- ro habet infamatus arbitrium remittendigra- tis restitutionē famā, vt concedit etiā Adria. nobilis author. in. 4. q. De restitutione famā. & in quol. i. i. sicut potest homo remittere la- troni pecunias quas ei deprendatus est; ergo ha- bet hō arbitriū & potestatē sup famā, vt sit ve- redns illius, sicut & aliorū bonorū exteriorū. Sed tertio probat conclusio principalis. Chri- stus redēptor noster Matth. 5. docet nos con- temnere tria bonorum genera, in quibus gen- tes statuebant felicitatē: scilicet, diuitias: Beati pauperes spiritu: & secundō famā & gloriam mundi: Beati mites: & tertio voluptates, Beati qui lugent. Neq; illic solum, sed vbiq; Euangelij frequentissimū est consilium mudi cōtemnēdi: & tñ omne quod est in mundo, vt inquit Ioā. in prima can. c. 2. concupiscentia carnis est, id est voluptas sensuum, aut concupiscentia oculorū, id est, auditas diuitiarū: aut superbia vi- tā, id est, ambitio honoris & famā: ergo consi- lium est ex genere suo honorē & famā nihil pendere: tñ abest vt sit mortale peccatum famā negli-

negligere. ¶ Quartò arguitur principaliter. Si esset peccatum mortale reuelare propriū crimē sine causa, esset par i ratione mortale nō respōdere detractoribus & obiectib⁹ nobis publi cē & iniustē peccata nostra: nā certē perinde est nō respōdere dissamāti me, cūm facile pos sim, ac si me ipse dissimilem: sicut pinde est, nō resistere latroni cūm possim, ac si pdigerē bona mea: at cūm q̄ detrahit mihi, nō teneor respōdere: imo est arbitrio meo tacere: vt dicit S. Tho. 2. 2. q. 7. 3. ar. 4. ad primū argumentum. imo vero, licet q̄ mihi falsum crimē imponat, nō teneor respōdere, nisi essē ego persona publica, aut crimē esset cōtra religionē: vt si quis me appellasset hereticū. Exemplū dedit nobis Christ⁹ redēptor noster, qui, vt inquit Apost. 1. Pet. secundō, cūm malediceretur, non male dicebat. Et præter alia loca Euangeli⁹, quæ plū rima notari possent, id maxime exhibuit in passione, Matth. 27. vbi cūm multa falsa testimonia ei obijcerentur, & Pilatus dixisset: non audis quāta aduersum te dicūt testimonia? ta mē non respondit ei vllum verbū: ita vt miraretur præses vehemēter: nempe q̄ nollet se cōpurgare cū facilē posset. Et quāquā necessariū erat ad finē redēptionis vt nō respōderet, tamē id etiam fecit (quod notāt doctores) vt exēplum nobis daret nō respondēdi maledicenti bus. Vnde in instructione Aposto. Matth. 5. Beati (inquit) eritis cūm maledixerint vobis homines, & persecutiv⁹ vos fuerint, & dixerint omne malū aduersum vos, mentientes pp̄ter me. ¶ Et explicat amplius hæc ratio. Si nō essemus magis domini famā nostrā quā vitā, se queret q̄ quotiescumq; possem⁹ famā nostrā defendere, sine pximi nōcumento, mortalis esset omissione defensionis, cōsequēs est falsum: ergo & antecedens. Probatur sequela. Nā qui si ne cuiuspiam detrimēto potest vitam defendere: si nō defendit, mortaliter peccat: vt qui ruēte domo, aut, inuadēte tauro, nō fugeret: nam ille tūc virtualiter se occideret. Sed falsitas cōsequētis probatur: quia dū priuata persona dif famatur, quanq̄ se posset cōpurgare sine infamia & detrimēto alterius, nō tenetur saltē sub peccato mortali, cōpurgare se, vt iam modo dicēbamus: quia potest cedere iuri suo: quemad modū posset cedere latroni inuadēti res suas. ¶ Et quinto arguitur. Si non essemus dñi propriae famā aliter quā vitā, sequeretur q̄ nulla ratione possem⁹ exponere famā: nec propter salutē spiritualem: consequēs est falsum: ergo & antecedens. Sequela probatur. Nam quanq̄ quis certus esset, vitā nocere sibi ad salutē spiritualem: nullo modo posset se occidere, aut si

ne alia ratione permittere homicidium sui, vt Augu. latē docet primo de ciuitate Dei. c. 20. Sed falsitas consequentis probatur. Nam pro culdubio quicunq; cognoscens præclarā famam & honorem sibi plurimū nocere ad vitā spiritualem: posset permittere propriam infamiam: at qui forsitan ad illum finem posset detegere aliquasua criminā, vt per infamia humiliatus, tutius viueret: saltem nō esset mortale, ea detegere. Imo Scotus. 4. dist. 15. q. 3. ar. 2. vi detur insinuare, q̄ occultus homicida debet se prodere, vt puniatur: nam dicit q̄ debet patienter tolerare pœnā talionis, quia aliter nō potest fieri plena satisfactione pro homicidio. Nescio an intelligat, quod homicida tenetur se prodere. Quod tamen ego nullo modo crediderim: quia nullus reus tenetur esse actor ad uersus se extra sacramētum: imo nec illud est consilium. Sed tamen forsitan citra peccatum mortale, posset scelerofissimus & perniciofissimus homo prodere se iudici cum periculo famae & vita, vt pateretur pœnam qua Deo & Republica satisfaceret. Id maxime, si nō sperasset alia se vñquam via corrīendum fore. ¶ Et cōfir. Quia si nō essemus magis dñi famē quāvitē: sequeretur q̄ nulla ratione possemus extenuare aut minuere famā nec propter vitam spiritualē: cōsequēs est fallum: ergo & antecedens. Probatur sequela: quia nō licet, nec propter opera pœnitētię ad satisfactionē pro peccatis minuere vitam: secūdum illud Hieronymi: Non differt vtrū magno vel paruo tempore te interimas. Sed falsitas cōsequentis probatur: quoniam licitum est opera pœnitentię austerissima facere: vt admonet Ioan. Mat. 3. quanq̄ inde cōiectari possit huiusmodi pœnitētem peccatorem esse in genere. At qui sacerdotes possunt pro grauissimis sceleribus graues pœnitentiās imponere, quanq̄ inde sumatur argumentū q̄ pœnitens in genere est peccator: dummodo caueatur ne reueletur peccatum in particulari. Imo vero quādo in primitia Ecclesia pro graui peccato mortali imponebatur septenniū pœnitentię, quis dubitat per illas pœnitentiās quodāmodo dissimilatos esse pœnitentes? Quare si fama tam esset custodienda quādū putat opposita opinio, certē Ecclesia nunquam illas pœnitentiās permisisset. ¶ Et sexto principaliter arguitur ab honore ad famam. Honor enim est reuerentia quæ alicui defertur propter aliquam excellētiā, sed fama est bona existimatio quæ de homine habetur seu illæsē dignitatis status, moribus & legibus comprobatus. ff. de varijs & extraordinarijs cognition. l. Cognitionum.

Arguitur

Arguitur ergo. Negligere honorem & gloriā mundi: non est ex genere suo peccatum mortale: ergo nec negligere famam. Consequētia est nota, quia idē fere iudicium est vtriusq;. Et probatur ante cedēs. Nam qui assumeretur ad amplas dignitates & magistratus, & totis viribus renueret, imo qui quas haberet, abiice ret, & advilem statum se summitteret, profectō nihil aliud faceret, quām Euangelicum cōfiliū: & qui hostem fugeret cūm se facile posset defendere, & quis se p̄dicare et infamia gene re natum, cūm id posset celare, profectō prodigus esset honoris, & tamen non condemnaretur de peccato mortali: nec illus se vñquām de hoc accusauit in sacramento: alias deberent p̄dicatorēs in concionibus exhortari populum, vt curam haberēt honoris: quod esset contra p̄dicationem Euangelicam. ¶ Et septimō principaliter probatur conclusio exēplo sanctorum, qui errata sua s̄pē scriptis prodiderunt, quē tamē potuissent celare. Vt Augustinus cum alibi s̄pē, tum in confessionibus: & maximē lib. 2. cap. 2. vbi deplorat concupiscentiam carnis quam passus est in adolescentia. Rapiebat (inquit) caligo libidinis imbecillum atatem per abrupta cupiditatū: atque mersabar gurgite flagitorum: ibam longius à te, & effundebat & diffuebam & ebullibam per fornicationes meas, & tacebas. Et Ambro. (vt in eius legitur vita) publicas mulieres publicē ad se ingredi fecit, vt visis his, dissimilaretur apud populum, atq; adeo, vel illa ratione impeditret, ne eligeretur in episcopum. Et religiosissimus Anselmus in Meditationibus deplorat amissam turpiter virginitatem. O virginitas (inquit) iam non dilecta mea, sed perditā mea: o fornicatio sordidatrix mentis meæ, perditrix animæ meæ. Et sunt qui idem impingant Hieronymo. At verò Hieronymus id nō planè testatur. Verba ciꝫ sunt in Aologia ad Pamachium. Virginitatem in cœlum fero, non quia habeam, sed quia magis miror quod non habeo. Ingenua & vere cunda confessio est, quo ipse careas, id in alijs p̄dicare. Vbi nō manifeste cōfiteſ se non esse virginē: sed dicit se nō laudare virginitatē, eo q̄ ipse habeat. Vel negat se habere perfectā mentis virginitatem: cūm frequētēs impulsus carnis fuerit, etiā in senectute perpessus: vt ipse fatetur ad Eustochiu de custodia virginitatis. ¶ O & auō & postremō p̄bat cōclusio ex vniuersali sensu hominū. Nam licet quis pādat crimina sua, etiam ex animi levitate: modo id nō faciat iactantia aut cōplacentia peccatorū: certē nō censetur ab hominibus mortaliter peccasse, nisi inde se

quatur periculū vitæ aut scandalū. ¶ Quarta cōclusio. S̄pē est peccatum mortale cū quis p̄ priū crīmē reuelat. Primō si id faciat per iactantia aut cōplacentia peccati. Parēn p̄ peccatum est homicidiū, & cōplacentia in homicidio: atq; adeo grauius iactantia illius. Et hoc clamāt illæ authoritates primi argumenti ex Esa. & Psal. Secundō potest esse mortale ratio ne scandalī: vt si quis haberetur & suspiceretur vt sanctissim⁹, & reuelaret grauiſima sua p̄cata: vnde alij aut sumerēt occasionē peccādi, aut cōtemnēdi tale genus hominū. Si em̄ esset religiosus alicuius ordinis, contemneretur ille ordo. Et tertio potest esse mortale ppter con ditionē persona. Vt si esset persona valde necessaria Reipublicæ: vt prælatus, cuius officiū alius tā dignē gerere non posset. Tunc enim profectō graue peccatum mortale esset infamia re seipsum. Et quarto esset mortale, si ex reuelatione proprij secreti quis incurreret peniculū vitæ, vt Sanson videtur mortaliter pecca se reuelando mysterium capillorū Dalidæ: vbi abscondita erat eius fortitudo. Iudi. 16. quanq; posteā occidendo se cū hostibus nō peccauit: vt dicit Augu. 1. de ciuitate Dei. ca. 2. 1. quia in stiūtū id fecit spiritus sancti. ¶ Quinta cōclusio. Hominē infamare seipsum s̄pē est officiū virtutis. Primō, vt diētū est, ad capiendū cōsilium vel leuandā tristitiā, si aliter fieri non potest, decet reuelare propriacrimina, licet sitnō nulla infamia, illa esse amicis nota. Et secundō ratione iustitiae, vt cū quis proximū falso difamauit, tenetur publicē, se retractare, cū periculo propriæ famæ. Et tertio esset officium virtutis q̄ quis se permitteret infamari, p̄ amico. Vt si ego feci crīmē quod falso imponitur amico meo, quāq; esset casus in quo nō teneor reuelare meū crīmē: q̄a videlicet nō fui causa vt alteri attribueretur: tamē possum cedere iuri meo, & prodere me ad protegēdū famam amici. In verò si econuerso amicus meus fecisset crīmē quod falso mihi impingitur, quan uis possem me cōpurgare, liceret nihilominus mihi tacere, vt infamia mea custodirē famam amici: si cut licet ponere vitā pro amicis: secundum illud Iōā. 15. Maiorē hac charitatem nemo habet, q̄ vt animā suam ponat quis p̄ amici suis. Cōclusio hæc quinta facile probatur: quia in oībus casib⁹ positis es̄ honesta causa reuelandi crimina: & ideo nulla est prodigalitas reuelare. Et quartō pati ratione illi qui in ecclēso vehemēter torquēt, licetū est crīmē occultū cōfiteri, etiā si cōtra ius interrogetur, si aliter tormenta vitare non potest. Sed de hoc latior erit sermo in calce tertij membris.

6. Cœlūsio ¶ Sexta conclusio. Si quis sibi falso imponat crimen, non est mendacium perniciosum, sed solum officiosum. Hanc cœlūsionem obiter adnotauerim bona venia reuerendissimi Cardinalis Caetani contrarium afferentis loco citato. Et probatur. Qui falso sibi crimen imponit, nulli alteri facit iniuriam, nec sibi: quia volunti non sit iniuria: sed solum est famæ prodigus. Quo sit, vt illud mendacium ex genere suo non sit peccatum, nisi veniale: sed esset mortale, si circumstaret aliquis causas quartæ conclusionis, aut si diceretur mendaciū sub iuramento, aut si esset in periculum vitæ. Sed forte, si quis sibi imponeret falso crimen vt seruaret vitâ patris, & pœnam ei⁹ capitisi se transferret, dum modo id faceret sine iuramento & scandalo &c. non esset mortale. ¶ Quod si quis arguat contra hanc conclusionem ex verbis August. 1. de ciuitate Dei cap. 20. vbi dicit qd falsi testimonij non minus reus est, qui de seipso falso fatetur, quam si aduersus proximū id faceret: sed aduersus proximum, falso testimonium est mortale: ergo aduersus se ipsum. ¶ Respōdetur qd Augu. loquuntur precepto, quod illo octauo præcepto: Non fallum dices, prohibetur omne falso testimonium: etiā illud quod quispiam aduersus se dicit: sicut illo præcepto. Nō occides, prohibetur etiā quicquid se occidere, qd nos in genue fateimur: tamen non prætendit qd tantum sit de se peccatum cum quis dicit falso aduersus se sicut aduersus proximum: nam quāquam falso testimonium ex genere suo sit mortale, quia omnia præcepta decalogi obligant sub mortali, tamen in dividuo non est neesse quodcumq; esse mortale: nisi vbi est iniustitia, qualis non est hominis ad se ipsum. Eſſet tamen mortale si esset cū periurio, aut cum conditionibus explicitis in

7. Cœlūsio 4. conclusio. ¶ Septima & ultima cœlūsio. Quomodo eunq; quispiam se disfamauerit, nō tenetur ad restitutionem suæ famæ, etiā si per mendaciū se diffamauerit. Primo, quia nemini fecit iniuriam; & secundo, quia si alicui deberet famam, non deberet nisi sibi: qui est dominus illius: ob idq; potest sibi restitutionem remittere.

¶ A Dprimum argumentum principale respondetur primo, quod præceptum illud sapientis: Curam habe de bono nomine: non sonat obligationem sub reatu mortali: nam comparat bonum nomen pecunijs: & præceptum de custodia pecuniarum non obligat sub mortali: quia prodigalitas ex genere suo non est peccatum mortale, cum non sit contra iustitiam, vt colligitur ex S. Thom. 2.2. quæsti. 11.

¶ Et secundum respondetur, quod præceptum & consilium custodiendi famam, hoc modo intelligitur: vt quis satagit exercere se officijs honestis virtutis: quæ digna sunt fama & honore apud Deum & homines: secundum illud Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona &c. & secundum illud Apost. Phil. 4. Quæcunq; sunt vera, quæcunq; sancta, quæcunq; bona famæ, hæc cogitate. Non tamen est præceptum, saltē obligans sub mortali ad custodiendum famam, in se considerata in, tanquam bonū temporale. Fama etenim atq; honor (vt inquit Sallust⁹) est umbra virtutis: vnde, sicut illum qui recta pergit ad solem, umbra etiā in uitum sequitur: sed qui soli tergum vertit, umbram sequitur, quam nunq; attinget: ita ēū qui virtutē colit, bona fama consequitur: sed qui anxiè post famam & honorē currit, fieri non potest vt cōsequatur vñ quā. ¶ Ad alias authoritates Esaiæ & Psalmistæ respōsum est in quarta cœlūsione, concedendo esse mortale quod quisiactet se de peccato. ¶ Ad secundum principale respondetur, quod quanquam negligere & prodigere propriam famam sit contra naturā boni temporalis, non tamen est cōtra charitatē, nisi quando fama est necessaria ad finem spiritualem: nam iocosum mendacium contra naturam, est tamē veniale. ¶ Et eodem modo respondetur ad tertium argumentum. Et ad confirmationem negatur consequentia: nam hominem infamare proximum, est contra iustitiam: sed infamare scipsum, nulla est iniustitia. & ordo charitatis inter se ipsum & alium debet attendi quantum ad bona spiritualia: sed tamen bona temporalia nullus sibi tenetur magis concupiscere, quam alij. ¶ Ad autoritatem tandem Augustini, quæ videtur vehementer pugnare aduersus secundam & tertiam & ultimam conclusionē (videtur enim sentire quod conseruare propriam famam sit opus iustitiae: quia est necessaria alijs: & quod sit proinde mortale, illam negligere: atq; adeo, quod infamans se teneat ad restitutionē) respondet pri. mo, qd Augu. loquitur illic de sanctissimis quibusdam mulieribus, quæ à populo venerabātur vt religiosissimæ, & tñ negligebant famam suā, putantes esse virtutē vt estimarent malę, & vilipenderētur. Et hoc cōdemnat Augu. ratione scandalī, quod dabat populo: scandalū em̄ erat, qd mulieres, quæ prius estimabant religiosæ, crederēt postea peccatrices: & maxime in primis ecclesia cauendū erat Christianis ne darent scandalū gentilibus, qn̄ infamia vni⁹ Christiani cedebat in infamia toti⁹ christianitatis. ¶ Et

¶ Et secundò respōdemus, quòd Augustinus, intelligit famam nostram esse necessariā Reipublīcæ, sicut sunt bona exteriora: putā, quando Respubliea & proximi indigerint. Vnde, sicut non teneor seruare diuitias ut serniā Republicæ aut succurrā proximis, sed solum te neor quando illas habeo succurrere proximo in necessitate: ita nec teneor, si sum persona priuata, cūt odire famam & honorem meum. Et quemadmodum prodigus bonorum suorum nō tenetur restituere Reipubliea, ita nec prodigus suæ famæ. ¶ Sed quid ad Paulū quē adducit illic Augustinus. 1. Corin. 1.c. Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placebo: non quārens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt saluifiant. ¶ Responde tur, quòd Paulus erat Apostolus: quapropter ex officio tenebatur habere bonam famam: & idem præcipiebat cæteris prælatis: sed priuatae personæ solum tenentur habere bonam famam faciendo opera digna honore & fama. Et hæc de primo membro.

M E M B R U M S E C V N D U M.



N hoc membro secundo iuxta partitionem huius operis inuestigaturi sumus causas, quibus quispiam tenetur secretare uelare, præsertim secreta crimina: nam de his est intentio huius secundi membra. Sed ante titulū quæctionis primæ, pro distributione disputationis notandum est, tres esse genere vias, quibus ad cognitionē occultorum criminum iure proceditur: vt habetur De accusa. c. Qualiter & quādo. 2. s. Ad corrēgendos, &c. Licet Hely. de simonia. Quæ sunt, Denuntiatio: Accusatio: & Inquisitio: quæ secundum varios modos occulti criminis discernuntur. ¶ Vbi secundo ad notandum est, doctores decretorum ac digestorum multifariè distinguere nomen occultum: vt refert Panormi. cap. Ex literarum. De temporibus ordi. sed ex professo. ca. Vesta. De coha. cler. & mulierum. At, omissa turba citationum, tribus modis aliquod crimen dicitur occultum in iure: primo, vt opponitur probabilitate secundo, vt opponitur publico: & tertio vt opponitur notorio: nām authore Arist. 1. Top. c. 13. aequinocum ex consideratione cōnotorium. trariorum cognoscitur. ¶ Notorium dicitur bifariam, aut notorietate iuris, aut notorietate facti. Notorietate quidem iuris: quando, aut

Quæstio prima.

manifestissima iudicis sententia quis damna tus est de tali crimen: quæ nulla ratione possit inficiari, aut quando reus ipse recto ordine iuris crimen confessus est: aut quando idoneis testibus ita comprobatur, vt nulla possit tergiuersatione celari. Notorietate vero facti, quando quis in conspectu populi scelus patravit: ita vt uno verbo dicatur notorium: quod nulla tergiuersatione celari potest: vt habetur. c. Tua nos: De cohab. cler. & mul. Publicum ve- Publicum, ro, quanvis etiam accipiatur pro notorio: tamen vt distinguitur à notorio: accipitur pro eo quod fama publica proclamatum est, quāvis possit aliqua tergiuersatione celari: & alio nomine dicitur famosum. Et vtrūq; tam notorium quam publicum dicitur etiam manifestum. Sed probabile est illud, cuius sunt legitimi testes, vt in iudicium deferri possit. Occultum ergo in primo gradu & simpliciter, est illud quod opponitur probabili, id est cuius nō sunt legitimi testes: & de huiusmodi occulto intelligitur illud Urbani. c. Erubescant. d. 32. Secretorum & cognitorum Deus & iudex est: nā de his non est iudicium humanum. Occultum in secundo gradu est illud quod opponitur publico simul & notorio, quanquam sit probabile: itaque occultum dicitur quicquid ab ecclesia toleratur: vt habetur in dicto. c. Vesta. De coha. cle. & mulie. Notorium enim aut publicum nō toleratur: quia notorium statim puniatur, & publicū inquirendum est vt puniatur. Occultum in tertio gradu: quod largè dicitur occultum, est illud quod aliqua tergiuersatione celari potest, licet laboret infamia. ¶ Igitur peccata notoria non indigent aliqua via vt cognoscantur: quia satis cognita sunt vt puniantur. De quibus ait Apolo. 1. Timo. 5. Quorūdam hominū peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium: & 2. quæstio. 1. cap. Manifesta & sequentibus. Manifesta crimina accusatione non indigent. & glossa Augustini super illud Genesis quarto: Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Evidentia (inquit) patrati sceleris non indiget clamore accusatoris. De accusa. cap. Evidentia. Quocirca secundum tria genera occultorum, sunt tres viae cognitionis. Quod enim occultum est in primo gradu, cognoscitur solum via correptionis fraternali & denunciatione Euangelica: sed quod occultum est secundo modo, est materia, non solum correptionis, sed etiam accusationis: quod tamē occultum est tertio modo, materia est, & correptionis, & accusationis, & inquisitionis. Itaque, inquisitio solum est de criminis cuius pererebuit infamia: sed accusatio, de

Tres viae cognoscendi tri mina.

Occultū triplex.

Notorium.

tio; de omni crimen probabili: siue laboret in fama; siue non: & correptio & denuntiatio euangelica; de omnibus etiam occultis. De his ergo tribus vijs dicturi sumus in hoc secundo membro. Sed de denuntiacione loquemur sub nomine fraternali correptionis: quod in vsu doctorum frequentius est. De qua quatuor operae premitum est disputare questiones, nepe an correptio sit sub pracepto, quando obliget hoc praceptum, quos obliget, & quo ordine.

Q V A E S T I O P R I M A:



TRVM correptio fraterna sit sub pracepto.

¶ Ad partem negatiuam arguitur primo. Nemo obligatur ad impossibile, secundum illud Hieronymi: Maledictus qui dis-

ci Deum aliquid impossibile praecepisse: at correctio peccatoris non est in potestate hominis, sed solum Dei: qui cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Roma. 9. Vnde Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus tra- xerit eum: & Eccles. 7. Consydera opera Dei quod nemo posset corrigerem quem ille despe- xerit: ergo correctio fraterna non est sub pracepto. ¶ Secundo arguitur: praecepta quae sunt erga proximos sunt propter eorum necessita- tem: sed nulli peccatorum necessarium est ut ab alio corripiatur: ergo correptio non est sub pracepto. Probatur minor: nam cuiuscunque correctio & emendatio in sua ipsis est potes- tate cum solo auxilio diuino: Deus enim con- stituit hominem & reliquit illum in manu consiliis sui, Ecclesia. 15. ergo nullus indiget auxilio alterius ut seruetur a morte spirituali: quoad modum indigent homines aliorum auxilio, ut seruentur a morte temporali.

¶ Tertio arguitur. Omnia precepta necessaria ad salutem, ut dictum est quæstione secunda membris primi, reducuntur ad aliquid praec- torum decalogi: sed non apparent quo illorum decem præcipiatur correptio fraterna: ergo correptio fraterna non est sub pracepto.

¶ Et confirmantur haec argumenta: quia rarissimi sunt, qui astiment tanquam peccatum omissionem correptionis: nec est usus ut homines in sacramento confessionis huiusmodi peccati meminerint. ¶ In contrarium est praceptum redemptoris nostri Matth. 18. Si peccaueris in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsu- solum. &c. 1. Thes. 5. Corripite inquietos, consolamini pusillanimos. &c.



I C primū omnium notandum est, quod quamquam correptio & correctio promiserē sibi pro eodem accipiatur, differt & correptio tanquam inter haec nomina: quod correptio est via ad correctio- nem: correctio vero finis correptionis: quod & August. docet: i. De Civitate Dei, cap. 9. dic- cent. Nolunt quidam plerique corripere, cu fortasse possint aliquos corripiendo corrigit. Vnde qd frater corrigitur non est in potestate corripiens: & ideo correctio non est in pracepto, sed correptio: nam teste Aristot. i. Top. cap. 2. Nec rhetoris est persuadere, nec medici sanare: sed nihil eorum omittere, quae sunt neccessaria. Alter distinguit. S. Thom. inter haec nomina, in. 4. d. 19. q. 2. art. 1. scilicet, qd correptio sit fratris ad fratrem, correctio vero est prælati respectu subditorum. Sed eodem ferme re- dit: nam correptio eò proprie attribuitur prælati, qd habent vim coactuam, qua possunt vel que ad correctionem vel punitionem corripere. ¶ Secundo, ut ex collatione harum viarum per spicacius de singulis iudicibus, notanda sunt illa quibz differt inter correptionem fraternali & accusatione & inquisitione. Et quia, ut author est Aristot. Ethic. 7. vt principium in specula- bilibus, ita se habet finis in operabilibus: atq; adeo, actus morales à fine sortiantur specimen, ut idem docet in. 5. Ethic. à fine operæ premitum est exordiri. ¶ Differt ergo primo correptio fraterna ab accusatione & inquisitione, fine. Nam finis correptionis est bonum privatum particularis personæ: sed finis accusationis & inquisitionis est bonum publicum. Enimvero homo consideratur primo ut singularis persona & secundum ut membrum reipublicæ (sumus enim, ut ait Apostol. primæ Corinth. 12. unius corporis membra) juare crimen cuiuscunq; hominis ambabus rationibus malum est: & quia homini propriæ noet, & quia in pernicië re- publicæ generaliter diffunditur. Quocirca correptionis fraternali finis est correctio & recuperatio fratris: quod illo verbo euangelico in- finitur. Si te audierit, lucratus es fratru- um: sed accusationis & inquisitionis finis est pu- blica punicio, ut poena publica unius, terrori fit ceteris, secundum illud Paul. i. Timoth. 5. Peccantes coram omnibus argue, ut & ceteri timorem habeant. Hoc enī differt inter poenam huius vita & peccata æternam inferni: nā poena huius vita non per se expetatur, nec debent infligi propter malum hominis, sed in qua- tum sunt medicinales vel ipsi eis infliguntur, vel alijs: at poena inferni non est medicinalis.

Finis correptionis.

sed solum est in malum: & supplicium damna torum, propter bonum iustitiae: tametsi in hac vita nos iuuet ad terrorem.

¶ Et ex hac prima differentia nascitur secunda, ut ratiocinatur S.Tho.2.2.quæst.33.artic.1. quæ ad evidentiam dicendorum præcipuum ha bet fundamentum. Correptio fraterna differt ab accusatione & inquisitione, genere virtutis.

Nam correptio fraterna est actus & officium charitatis accusatio vero & inquisitio sunt o-

Correptio
actus est cha
ritatis.

per iustitiae. ¶ Quod si per conteris an sit actus proximus &, vt dicunt, immediatus charitatis. Respôdetur q[uod] non est nisi actus proximus & immediatus misericordia: quæ est species & effectus particularis charitatis: nam benefacere fratribus est generale officium charitatis: sed benefacere specialiter ad leuandum miseriæ: est species & effectus particularis charitatis, vt docet S.Th.2.2.q.31. & cum peccatum summa inter miseras hominum, sit, vt corripere peccatorum, sit præcipuum opus misericordiae, post illud quod est remittere peccatum inimico. Vnde Albinus (quod est in decretis d. 45.) Tria, inquit, sunt genera eleemosynarum: una corporalis, egredi dare quicquid poteris: altera spiritualis, dimittere a quo Iesus fueris: terciam delinquentes corrigerem, & errantes in viam reducere veritatis: eleemosyna vero græce id est quod misericordia. Ethoc modo correptio est opus charitatis: quod significat illa verba Hebr.12. De quos diligit corrigit, imo & illa: Si peccauerit in te frater: nam nomen fratris affectu explicat charitatis: & inde sumptum est nomen: correptio fraterna ad differentiam correptionis & castigationis prælati per accusacionem aut inquisitionem, quæ dicitur judicialis.

¶ Quod si arguas contraria, correptione esse potius actum iustitiae, ex glossa illa Rabani, Matth.18. Peccatum zelo iustitiae corrigitur: respôdet S.Tho.2.2.q.33.art.1. q[uod] vello quitur de correptione prælati quæ est actus iustitiae: vel loquitur de iustitia, vt est generale nomen omnium virtutum. Sed forsitan Rabanus voluit insinuare, q[uod] licet corripere peccatorum sit opus misericordiae: tamen si coparetur ad hoc quod est parere poenitenti, habet quodammodo speciem iustitiae. Ait enim, Peccatum zelo iustitiae corrigitur, & poenitenti viscera misericordia pâdamus. Et licet utrumque sit misericordia, tamē cōdonare peccata est mera misericordia: sed corripere & arguere habet aculeum iustitiae. Distinctio Archidiaconica. Si peccauerit. 2.q.1. vide licet, q[uod] quatenus correptio ordinatur ad emendationem fratris, est opus charitatis: sed quatenus ordinatur ad exemplum aliorum, est opus iu-

Quæstio prima.

stitiae, sine ratione conficta est. Sed de Archidiacono nō faciemus amplius mentionem: nā si habetur pro oraculo in hac materia est, quia ad literam, nec iota mutato, transfert omnes oīlo articulos. S.Tho.2.2.q.33. ¶ Ex his duabus differentiis sequitur alia: scilicet q[uod] correptio p[ro] accusationem & inquisitionem habet vim coactiuam & coerciuam: quæ proinde solis prælati & magistratibus incumbit: sed fraterna correptio omnes in universum obligat: vt. q.3.manifestabimus. ¶ Ex his tādem colligitur definitio correptionis fraternæ: quæ est apud Albertum, & apud S.Tho.in.4.d.19. Correptio fraterna est admonitio fratris de emendatione de fraterna lictoru[m], ex fraterna charitate: ubi exprimitur, & finis, & genus virtutis.

¶ HIS praæactis respôdetur ad quæstionem quatuor conclusionibus. Prima. Correptio fraterna est sub præcepto naturali, diuino, & humano. Conclusio est receptissima eundem doctoribus, & theologis, & iuri consultis: v[er]i sunt Altissiod.lib.3. tract.25. capit.1. S.Thom.2.2. quæst.33.artic.2. Richar. & ceteri sententiarum in.4.d.19. & Panor. & canonistæ cap. Nouit. De iudicijs. & capit. Si peccauerit. 2. quæst.1. Quam conclusionem tenet etiam illic Innocentius: tametsi Panor. falso intellexerit eius mentem. Verba enim Innocentij sunt hæc in dicto cap. Nouit. Ad istam denuntiationem nō credimus aliquem teneri, nisi sicut tenetur ad alia opera charitatis: nisi sit talis, ad quem ratione officij & curæ hoc pertineret. Ex quibus falso colligit Panormita. intentionem Innocentij eam esse, vt solis prælati sit præceptum fraternæ correptionis, cū tamen ille dicat q[uod] alii non tenetur: nisi sicut ad alia opera charitatis: quæ tamen sunt sapientissimæ in præcepto. Quare, nullus potest negare quin sit omnibus sub præcepto, est tamen nobis in votis in hac materia conclusiones vulgatas, & singularibus rationibus asserere, & ad particularia applicare: hoc enim in materia potissimum differendum est.

¶ Probatur ergo primò conclusio iure naturæ. Homo est animal suapte natura ciuale & sociabile, vt author est Aristot.9. Ethicorum. & vt primo Politic. id latius explicat, non solum ad societatem natus est vt oves & boues, ceteraque id genus animantia: quæ in hoc solum gregalia sunt, quod affectiones suas illiteratis vocibus sibi mutuo manifestant: sed homo in hoc est animal sociale, vt alios alij ratione & sermone instruant: atque adeo, quid utile sit, quidve noceat: quid denique iustum sit, aut iniustum se inuicem doceant, admonentque: ergo quisq[ue] hominum iure naturæ tenetur

tenetur errantem cōsilio suo & exhortatione in viam reducere: instar membrorū corporis: quæ, cū nullum sibi solū sufficiat, mutuas sibi operas impēdunt. ¶ Et angetur hæc ratio. Nā lex hæc naturalis arctius ligat Christianos: sanè q nō naturali modo, sed baptismatis vinculo, mēbra vnius corporis sum⁹ in Christo (verba sunt Apostoli. 1. Cor. 12. In uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus) ergo quemadmodum manus stomacho alimentata ministrant, sed stomachus vicissim manus alit: pedes sustinent oculos: & oculi pedes dirigunt: ita debent pauperes diuitibus seruire, & diuites vicissim pauperes alere: atq; adeo iuuenes & robusti, senes & debiliores debent sustinere: sed qui, tanquā senes, prudētia & cōsilio valent, tenetur velut oculi, ignorantes & errantes ad veritatem & virtutē reuocare: vt in fabulis est græcorū de amicis illis, quorum cum alter clodus esset, alter vero cæcus: hic claudum humeris gestabat, ille verò gressus cæco dirigebat. ¶ Secundo probatur conclusio iure diuinio. Primo. Ratione creationis Deus est omnium cōmunitis Pater: qui debuit proinde nobis prouidere secundū nostram conditionem: sed cū nullus sibi solus sufficiat: non prospiceret Deus nobis vt pater, nisi vnicuiq; mandaret de proximo suo: vt habetur Ecclesia. 17. atve rōinter humanas necessitudines, vna nec infima est, vt quisq; errat ē corripiat: ergo hoc est præceptum diuinum. ¶ Et confirmatur ex præcepto morali et legis. Exod. 23. & Deut. 22. legimus. Si occurreris boui inimici tui, aut asino errati, reduc ad eum: ergo à fortiori, si quis viderit proximū suū errantem & deuiantem à Dō, tenetur eum reducere: quanto proximus plus est q̄ bos aut asinus. Sed tertio & potissimum probatur cōclusio præcepto Euangelico. Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum: vbi Christus seruator noster nihil aliud q̄ naturale præceptum explicuit, nisi q̄ cū est sol iustitiae, hoc vt cætera præcepta naturalia illustravit, formam quidē docens corripiendi, qua pudori & famæ nostræ consuleret optimè, vt sua fuit erga nos immensa charitas. Et quod verba illa sonant præceptum, nō solum colligiur ex verbo imperatiuo, corripe, sed ex verbis proxime præcedentibus. Postquam enim meminit Christus quemadmodū venerat saluare qđ perierat: atque adeo, parabola de illo, qui non agnoscit nouem ouibus in monte relictis, iuit quæsitum eam quæ perierat, exaggerauit quantici constitutæ salutis humani generis: subneicit: Sic non est voluntas ante patrem ve-

strum qui in cœlis est, vt pereat vnius de pusilliſtis. Et sublequitur, Si autem peccauerit in te frater, corripe eum &c. ac si aperte dixisset: voluntas patris est vt tanta sit vnicuique cura fratris sui, ne pereat, quanta fuit mihi: & quem admodum mandatum est mihi à patre vt perditos homines lucrificare, ita & vobis sit in p̄cepto. Vnde Innoc. cap. Novit De iudicijs: referens prælatis Francie, verba hæc Euangelij, subiungit. Quomodo nos mandatum diuinum possumus nō exaudiere? Vbi insinuat illud esse præceptum. Animaduertite qui nomina vestra Christo in baptismo dedisti, quām nobis cōmendauerit fraternam correptionē, quam nos tamen contrā, curamus tam negligenter: quantoq; nos honore dignatus est, qui quarū ipse fuit animarum redemptor per passionem, nos quodāmodum per correptionē seruatores esse voluit: Site (inquit) audierit, lucratus es fratrem tuum. Quod bene adnotauit Iacobus capitulo quinto, vbi inquit. Fratres mei si quis vestrum errauerit à veritate & conuerterit quicum: scire debet quoniam qui conuertifecerit peccatorē ab errore via suæ, saluabit animam eius à morte: & operit multitudinē peccatorū. Ergo qui fratres corripere parui faciunt, non Christum, sed Cain imitantur: qui vel in hoc fuit caput ecclesiæ malignantium, quod fraticidium excusans, custodē se esse fratris falsò negauit. ¶ At vero q̄ dicta cōclusio sit de iure politiō, multis canobus cōprobatur, vbi præcipitur correptio fraternalis: vt. d. 83. cap. Proutidēcum: & cap. Consentire. & 86. dist. cap. Facientis. & exp̄lē. 24. q. 3. capit. Tam sacerdotes.

¶ Secunda conclusio. Præceptum correptionis fraternalis obligat ex genere suo sub reatu mortali. Probatur. Peccatum est grauissimum malum hominis: quare qui omittit fratre à peccato liberare, cū posset, non habet erga illum charitatem: & ideo talis omissione est cōtra charitatem. Vnde August. super can. Ioā. tract. 7. exponens illud: Si hic dilexit Deus nos, & nos debemus alterutrū diligere. 1. Ioan. 4. Non putes (inquit) te tūc amare seruū tuū, quādo eum nō cædis, aut tunc amare filium tuū, quando ei non das disciplinam, aut tunc amare vicinū tuū, quādo eum non corripis. 5. q. 11. capit. Non putes. & sermone. 16. De verbis dominis exponens præceptum Christi Matt. 18. Si neglexeris (inquit) conuiciatorem corripere, peior es tacendo, quām ille cōuiciādo: sed qui cōuiciatur mortaliter peccat: ergo & qui omittit corripere. ¶ Secundo probatur conclusio. Super illud Roma. 1. Digni sunt morte, non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facienti-

bus: dicit glossa. Consentire est tacere, cū possis arguere: & super illa verba Leuit. 20. Succidam omnes qui consenserunt ei ut fornicaretur glossa. Cōsentientes qui possunt accusare, arguere, vel monere, & non faciunt, non effugiant iudicium. Quibus authoritatibus confirmat Ioan. octauus. 85. d. ca. Facientis grauiter peccare qui negligit emēdere quod corrigerem potest: ergo omissione correptionis est ex genere mortale. ¶ Tertiō id cōprobatur. Eleemosynae corporales, quādo sunt necessariae, sunt in præcepto sub reatu mortali: nō in omissione carū cōtraria est charitati: secundū illud Ioan. 3. c. 1. cano. Qui habuerit substantiā huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauerit viscera sua, quomodo charitas Dei manet in illo: Et Ambr. Pasce fame morientem: si nō paueris, occidiſi. d. 86. c. Pasce. & Symmach⁹. 83. dist: Mortalib⁹ languentibus probatur infligere qui hanc, cū possit, nō excludit: ergo à fortiori eleemosynæ sp̄ituales sunt in præcepto sub reatu mortali: sed inter spirituales miseras summū est peccatum: ergo corripere peccatore summa est misericordia: post illam quæ est remittere peccata. Vnde glossa Matth. 18. Ita (inquit) peccat qui vidēs fratrem peccare tacet, si cut qui pœnitenti nō indulget. ¶ Postremo cōfirmatur cōclusio. In iudicio finali, vt est Matth. 25. omissione operū misericordiæ obijcetur damnatis in causa damnationis: sed nullus dānatur pena æterna, nisi de peccato mortaliter: ergo omissione misericordiæ s̄ape est mortalit: misericordiæ spirituales præstant corporalibus, & correptionis est misericordia spiritualis: ergo omissione illius est mortalit: Potest tamen in individuali esse quādoq; venialis: in modo quandoq; sine peccato, vt statim questione sequenti expli cabimus. ¶ Sed dubiū est hic nō parū, vtra sit maior obligatio, correptionis ne, an eleemosynæ corporalis: nā certe homines non tantum faciunt corripere fratre, quāti alere pauperes in necessitate: neq; existimā tam necessariū esse illud q̄ hoc: cū tamen aliud moueat q̄ vita spiritualis præstantior sit corporali. ¶ Subiiciā ergo tertīā cōclusionē notandā. Maior est obligatio correptionis q̄ eleemosynæ corporalis ex gñi obiecti: minor tñ ratione necessitatis. Grauitas enim peccati & stimāda est, & penes obiectū, & penes circumstantias, præsertim penes necessitatē, vt author est S. Tho. 1. 2. q. 73. Prima ergo pars cōclusionis manifesta est: q̄a vita sp̄ualis p̄stantior est corporali. Vñ Greg. in ho. super illud Matth. 11. Cū audisset Ioan. in vinculis. Plus (ait) est animā in æternū victu ram pabulo verbis fecere, q̄ ventrē morituræ

Quæstio prima.

carnis terreno pane satiare. Et Chrys. in hom. 3. sup epist. Cor. Et si immensas pecunias pauperibus eroges: plus tñ efficeris, si vñā conuerte rīs aiam. Sed p̄batur scđ. a pars: nā eleemosynæ sp̄uale s̄unt ita frequēter simpliciter necesse satiæ, sicut corporales. Vbi notandū, q̄ peccatum aut p̄cedit ex ignorātia, aut ex paſiōe, aut ex malitia. Quādo p̄cedit ex ignorantia, tunc correptionis est magis necessaria: q̄a tunc peccator resipiscere nō p̄t, nisi instruat. Sed qñ p̄cedit aut ex passione aut malitia, nō est, vt plurimi, tam necessaria correptionis, q̄ est necessaria eleemosyna patienti extrema aut grauē necessitatē: nā peccator tūc sine auxilio alicuius p̄t cōuersti, solo auxilio diuino: & tñ pauper non potest seruare vitam sine auxilio fratris. ¶ Vnde colligit q̄ qñ correptionis est simpliciter necessaria, tunc grauior est omissione illius q̄ omissione eleemosynæ corporalis in extrema necessitate. V. g. Si hæreticus puerteret Christianos p̄suadendo puerſa dogmata, & ego solus aut ego cōmodius possem illos liberare illa ignorātia, p̄fecto grauius peccasse nō corripiendo, q̄ si permitterē perire hominē fame. Probatur q̄a necessitas est eadē, & detrimentū est grauius. Et isto modo sunt intelligēda verba Aug. ad Bonifaciu, quæ habētur. 23. q. 4. ca. Ipsa pietas. vbi dicit, multò magis nos teneri ad eleemosyt, & sp̄uale, q̄ ad corporales: intellegit (inquit) vbi est & quā necessitas, sed quādo peccatum non p̄cedit ex ignorātia, regulariter nō est tāta necessitas, quanta eleemosynæ corporalis. Quare regulariter plures sunt casus in quib⁹ tenemur ad eleemosynas corporales plus q̄ ad correptionē. ¶ Quād si q̄s querat, in quo gradu tenēdū est esse p̄ceptū de correptione fraternali, an sit hæreticū oppositum sentire: q̄a videt Inno. dic. c. Nouit. De iudicijs. determinasse q̄ sit p̄ceptum particolare correptionis Matth. 18. ¶ Rñdetur per quartā cōclusionē. Nō cēferetur hæreticus q̄ negaret esse p̄ceptū particolare correptionis, saltē datū, Matth. 18. priuatis psonis: esset tñ hæreticū dicere qđ nō cōpræhenditur sub gñali p̄cepto charitatis & eleemosynæ. Prima pars p̄batur, q̄ailla verba Matth. 18. quanq; in rei veritate explicēt p̄ceptum naturale, vt dixim⁹, tñ possent aliquo modo gloriari, aut q̄ sunt de cōfilio, aut q̄ non est absolute p̄ceptū corripiendi, sed solū p̄ceptū de ordine: vt q̄i q̄s corripiat, illum ordinē feruet, aut q̄ solū est p̄ceptū respectu platorū: nā Petro particulariter dicta sunt. Vñ Inno. q̄a erat papa, putabat fibi esse p̄ceptū corripiere eccl̄ie Fraciæ. Sed. 2. pars p̄bat: nā lege charitatis cōtinet, vt necessitatib⁹ p̄xi mororū p̄uidam⁹. ¶ Ad

AD Primum argumentum. Conceditur, q̄ nullus potest conuerti, nisi misericordia dei præueniente: & ideo, quem deus indurat, sicut Pharaonē, non potest homo corriger: nihilominus homines debemus adiuuare misericordiam dei: sumus. n. secundū Ioan. in. 3: cano. vt cooperatores veritatis: scilicet, disponentes ad gratiā quam Deus infundit: secundum illud. 1. Cor. 3: Ego plantaui, Apollo rigauit: Deus autem incrementum dedit. Vnde August. quod habetur. 23. quæst. 4. cap. Sicut aliqui (inquit) à solo Deo corrigitur, vt Petrus: nihilominus non est negligenda correptionis nostra: quia tunc ex correptione homo proficit, cùm Deus miseretur & adiuuat. Et statim, ca. Nabu chodonosor, dicit ecōtrario, q̄ licet aliqui etiā correpti nō emendentur, vt Pharao, nihilominus non est à correptione cessandum.

Ad secundum argumentum respōdetur primò, q̄ sapere est tanta necessitas correptionis, quanta eleemosynæ: vt putat quādō peccatum procedit ex ignorantia, vt dictum est in tertia conclusione. Et secundò respondetur, quod quādō procedit ex passione aut malitia, quanvis non sit tunc adeò necessaria, nihilominus magnopere peccator indiget admonitione: vt egregie docet Chrysost. super primam epistolam Cor. Homilia. 44. nam quāuis qui peccat ex passione in vniuersali cognoscit peccatum & priuationem glorię & pœnas inferni, tamen in particulari habet excusatum iudicium: & ideo indiget peccator identidē hęc admoneri. Vnde, Si verbis tuis (inquit Chrysost.) non obediatur peccator, interim custodi & contine à maligno negotio: fortasse enim reurebatur.

Ad tertium argumentum respōdetur, quod præceptum correptionis fraternalē reducitur ad quartum præceptum de honoratione parentum: sub quo militant omnia præcepta quibus tenemur impendere aliquod beneficium proximo. Nam in decalogo solū sunt illa præcepta quae statim proposita recipiuntur sine aliquo doctore: sed quae non sunt adeò manifesta, quin indigeant expositione sapientum, virtualliter comprehenduntur sub illis, vt docet S. Thom. 1. 2. quæst. 100. articu. 3. Atqui præceptum honorandi parentes statim propositum naturali lumine recipitur, sed benefacere alijs proximis, licet non sit ita manifestum, tamen facili negotio persuadetur.

Ad ultimam confirmationem nescio quid aliud respondeamus, quām vt exhortemur ne tanta sit negligentia huius præcepti. Nam in religionibus, & inter viros timorat̄ conscientiæ non est tanta incuria huius præcepti. Cæ-

teri verò aut excusantur, quia pauci sunt qui sperant sua correptione posse fratres emendare: aut accusandi sunt, vt dicit Augustin⁹, quia ex verecundia aut alio humano respectu omitunt præceptum implere Euangelicum.

QVAESTIO SECUNDA



TRVM præceptū correptionis obliget semper & pro quocunque tempore. ¶ Ad partem affirmatiuam arguitur primò. Apostolus admonet Timotheū: Argue, obsecra increpa, opportune, importune. 1. Timot. 4. & Prophet: Clama, ne cesses, annuncia populo meo scelera eorum: Esai. 58: ergo nulla nobis est opportunitas obseruanda, sed sine cessatione corripiendum. ¶ Secundo arguitur. Si aliqua de causa cessandum esset à correptione, maximè quando timeretur peccatorē de correptione scandalum accipere & deteriorificari: sed (vt inquit Hieronymus) veritas vitæ non est dimittenda propter scandalum: nam, auctore Beda, utilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur. De regu. juris. capi. Qui scandalizauerit: ergo propter scandalum nō est cessandum à correptione: exēplo Christi, Matth. 15. qui propter scandalum phariseorum non cessauit prædicare veritatem:

Tertio arguitur. Si aliquid nos posset excusare à correptione, id esset præsertim, quando corripere non possumus sine magno incommodo nostro & detimento: sed non excusatetur à peccato mortali quivel metu mortis omittit corripere: ergo præceptū correptionis obligat pro quocunque tempore. Minorem videtur docere Augustin. 1. Deciuit. Dei, capit. 9. cuius verba sunt. Propterea cum malis flagellantur & boni quinon corripiunt: quia reformidatur vulgi iudiciū, carnis excruciatio, aut peremptio. ¶ Sed in contrarium est quod præceptum correptionis est affirmatiuum: & præcepta affirmatiua non obligant pro quocunque tempore.

Ad quæstionem respondetur nouem conclusionibus. Prima. Præceptum correptionis non obligat pro quocunque tempore, sed cōuenientibus necessitate & opportunitate. Probatur conclusio. Hoc differt inter præcepta affirmatiua & negatiua, quod præcepta negatiua prohibent malum, affirmatiua vero præcipiant bonum: bonum autem, vt ait Dionys. 4. capit. Dediū, no. consurgit ex in-

tegra causa: malum verò ex quocūq; defectu: quo fit vt malam nunq; beneficiat, sed quomo- docunq; & quotiescunq; fiat, est peccatū, nisi ignorantia excusat: sed tamen id quod est bonum ex obiecto non benefit, nisi quando suis circumstantijs vestitur: & ideo quannis v- trunq; præceptum obliget semper, id est, quā tum ad præparationem animi:tamen quantū ad exercitium, negatiuum obligat(vt dicunt) pro semper, affirmatiuum verò non, nisi con- currentibus circumstantijs secundum necessi- tatem: & quia finis correptionis est correptio & emendatio fratri, tunc obligat hoc præcep- ptum, quando emendatio est necessaria, & fieri potest commode. Et quidem Gerson inter theologos, De correptione, tracta. 34. & Aste- sis iuris consultus libro secundo. titulo. 6. cōsti- tuunt sex conditiones necessarias ad corre- ptionem: tres ex parte corripiens: quæ sunt, certa peccati cognitio, māficio, & commo- ditas, ita vt non sit aliis qui commodius cor- ripere possit: & tres ex parte corripiendi: vi- delicet, quod eius peccatum sit mortale, quod sit spes emendationis, quod non spectetur aliud tempus opportunius. Hęc autem ope- rapretium erit de suis principijs enucleare: necessitas nanque corripiendi indicanda est, & ex obiecto, & ex circumstantijs: scilicet, ex peccato, & ex conditionibus peccatoris at-

a. Cōclusio que corripiens. ¶ Sit ergo secūda conclusio. Omne peccatum mortale est materia necessa- ria correptionis. Probatur. Finis correptionis est lucrari & recuperare fratrem: vt patet ex- verbis euangelijs: Si te audierit, lucratus es fra- trem tuum: ergo omne illud per quod frater perditur, est materia correptionis: sed per pec- catum quodcunque mortale perditur homo & auertitur à Deo: ergo omne peccatum mortale est materia correptionis. Ex ratio- ne conclusionis exprimitur eius sensus: in- telligitur enim quoties peccatum pendet quo- dammodo in futurum, ita vt maneat, aut per- tinacia, aut periculū peccati. Nam si peccatum est omnino præteritum, non est materia correptionis. Hoc adnotauerim propter glossam in capitulo. Si peccauerit. secunda quæstio. 1. dicentem q; præceptum correptionis est solū de peccato futuro, vt evitetur: sed præteritum corripere solū est consilium: quam glossam alij non probant, dicentes q; respectu peccati, etiam præteriti, currit præceptum correptionis: sed tamen his non obstantibus manifestū est, q; si peccatum est iam præteritum, ita vt nec maneat complacentia, nec periculum in illo, non est præceptum nec consilium corre-

ptionis. Probatur: quia cessante fine, cessat ne- cessitas medij: quando ergo peccator emen- datus est: nulla est necessitas corripiendi. Imo verò perniciosum esset cicatricem sanativul- neris refricare, cū Propheta beatos eos cen- seat quorum remissæ sunt iniquitates, & quo- rum tecta sunt peccata. Et in hoc differt cor- reptio fraterna ab accusatione & inquisitione quæ locum etiam habent in peccatis præteri- tis & emendatis: quia finis eorum est punitio propter bonum commune. ¶ Ex sensu cōclu- sionis subsequitur secundò, peccatum venia- le aliquando esse necessariam materiam corre- ptionis: putà quando in periculum hominem coniicit peccandi mortaliter: maximè si ex ge- nere suo ordinet ad mortale: vt cū quis domū ingreditur suspectam, aut familiaritatē cōserit cum mulierculis: quod illo præcepto regulæ Augu.admonemur. Si oculi petulantiam in aliquo vestrum aduerteritis, statim admone- te, ne male cœpta progrederiatur. Sicut enim q; videret hominem subire periculum mortis tē- poralis, mortaliter peccaret, nisi eum seruaret, ita & qui non seruaret hominem à periculo mortalis peccati. ¶ Sed contra hanc cōclu- sionē: quatenus vniuersalis est, arguitur. Su- per illis verbis euāgelijs: Si peccauerit in te fra- ter tuus, ait glossa interlinearis: Id est, si iniuri- a te affecebit: ergo solum est præceptum vt suas quisq; iniurias corripiat, & non alia pec- cata. Quod confirmatur ex glossa Hierony- mi: Si peccauerit in nos frater, &c in qualibet causa nos laſerit, dimittendi habemus po- testate: si autem in Deum quis peccauerit, nō est nostri arbitrij. Vbi insinuat, quod pecca- ta in Deum non sunt materia correptionis: sed accusationis potius. ¶ Respondetur quod illa glossa non intendit limitare præceptum correptionis ad solas proprias iniurias: nam Christus, vt diximus, nihil aliud fecit quām exprimere ordinem præceptinaturalis, quo certè tenemur corripere quęcūq; peccata pro- ximi: & ideo non est præceptum de his aut il- lis peccatis corripiendis, sed de ordine corri- piendi omnia: & maximè quianum esset corripere propriam iniuriam, postquam illa ta est. Imo verò proprias iniurias, si probare possumus, non tenemur secretò corripere, sed licet nobis statim in iudicio vindictam pete- re: sed si recipienda est illa glossa, intelligenda est hoc modo: vt omne peccatum quod fit in præsentia mea appelletur quoddammodo ini- uria mea, quia est contra pudorem & reuerē- tiā meā. Sed verba Hieronymi potius at- tentent ad indulgentiam peccatorum, quām ad cor-

adcorreptionem: scilicet quod possimus dimittere peccata propria, sed tamen peccata in Deum, aut bonum commune: ut sunt hæreses, & proditiones, denuntiare tenemur: ut infra dicemus, si secreta correptione statim extingui non possunt. Sed omnia sunt nihil minus materia correptionis, si certa spes sit emenda. ¶ Arguitur tamen secundò ex glossa Augustini super eisdem verbis. Si peccauerit in te: id est, tesciente. 2. quæstio. 1. capit. Si peccauerit: quæ germana est illius textus: ex qua colligitur quod sola peccata occulta sunt materia correptionis: & non publica. Respondetur, quod nos solum asserimus omnem genus peccati esse materiam correptionis: sed Augustinus loquitur de ordine corripienti expresso in Euangelio: quod scilicet peccata secreta secretò corriganter, cum illa quæ sunt publica, possint publice coripi: de quo latius quæstione quarta.

Tertia conclusio.

¶ Tertia conclusio. Peccata venialia singulare personæ nisi sint per se ordinata ad mortalia, non tenemur corripere sub reatu mortali: secùs si in republica iam percrebissent. Prima pars probatur: quia nullus tenetur lese de venialibus corrigere, nisi sub reatu veniali: ergo nec frater tenetur corripere fratrem ab illis sub reatu mortali. Et de huiusmodi venialibus puto intelligit Palud. 4. distin. 19. quod dicit quod de veniali non est necessaria correptio. Quitamen posset fratrem emendare à consuetudine leuiter mentiendi, aut iurandi, tenetetur quidem alijs peccaret venialiter: ilud enim etiam est quodammodo lucratrare. Ethoc est præceptum Christi. Ioan. 13. Si ego laupedes vestros, vos debetis alter alterius lauare pedes. Per lotionem enim pedum intelligitur ablutio peccatorum venialium, ut notant doctores super illis verbis præcedentibus: Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet. Secundam vero partem conclusionis mihi persuadeo, saltem de prælati. Prælatus enim qui posset plebem suam à leibus iuramentis purgare, aut ab alijs consuetudinibus peccandi venialiter, teneretur id facere sub reatu mortali. Probatur. Nam prælatus ex officio incumbit cura boni publici: & ideo tenentur notabile dampnum publicum cum sub reatu mortali purgare si possint: & peccata venialia, quanvis in singulis personis non sint notabile malum, tamen quando sunt frequentia in republica, magni momenti est illa extirpare. ¶ Et confirmatur. Nam si in religione nostra caderent observationes nostræ, vt putà fratres passim vterentur lineis, vescerentur carnibus, & silentia

rumperent, quanvis hæc apud nos nulla sint peccata, tamen prælatus qui huiusmodi damage resarcire posset & ad regulam reuocare, tenetur certe sub reatu mortali id fatigere. Sed de hoc alijs: ne lineam correptionis fratrnæ transgrediamur. ¶ Quarta cōclusio. Tres sunt circumstantiæ requisita, vt sit obligatio corripiendi: scilicet cognitio peccati, spes emenda, & opportunitas: loquitur enim hæc eocclusio de solis circumstantijs quæ faciunt necessitatem & obligationem corripiendi: nam prudenter, māsuetudo, &c. sunt circumstantiæ, vt rite fiat correptio. Primo requiritur antequam quis corripiat, vt non erit fratre esse aut in peccato mortali, aut in periculo peccandi: unde Ecclesi. 20. Priesquam interrogas, ne vituperes quæquam. Sunt qui dicant satis esse hominem dubitare de peccato fratri, vt debeat ipsum corripere: sicut ad eleemosynas corporales non solum tenemur quando manifesta est necessitas corporis, sed quodam verisimiliter dubitamus. Sed tamen profectio nō est par ratio: quoniam in corporalibus nullum est periculum, si eleemosyna erogetur non indigenti: at in spiritualibus, nocet proximo, quicunque & temerè iudicant eum esse peccatorem, obijcit ei peccatum. Verum est tamen, quod pēsandæ sunt conjecturæ facientes rem probabilem, & conditiones persona um: licet enim quandoque insinuare fratri crimina sua, de quibus rumor ipargitur, dummodo prudentia & temperamento id fiat. Hoc tamen admonitus esse volo sacerdotes: sane nullatenus licere, de his quæ in confessione audierunt, peccatorum extra confessionem corripere: vsq; adeo enim sacrosanctum est sigillum confessionis, vt nisi in confessione, nullo modo licet peccata expondere aut insinuare peccidenti.

¶ Secunda conditio est, vt sit spes emenda: nam alijs correptio esset vana: & ad opus vanum nemo obligatur: & præcepta mediorū sunt propter cōsecutionē finis: debet namque qui arat, in spe arare, & quicunque triturat in spe fructus percipiēdi. 1. Cor. 9. & Matth. 7. prohibemur sanctum dare canibus, & margaritas ante porcos projicere. & proverb. 9. Noli corripere derisorum ne oderit te. At vero, nō debet hinc ansam capere Christiani vt sint negligētes corripiendi: excusat enim multi negligentiam suam causantes raram esse spem emendationis, cum tamen frequentissimos contraria sentiamus emendatos, de quibus male sperabamus: vt ad monet August. 23. q. 4. ca. Nabuchodonosor. ¶ Vnde prudenti distinctione vtendum nobis est in proposito. Aut enim quis certus est

Quarta cōclusio.

sufficientibus contextu is nihil se esse profuturum: & tunc non tenetur corripere: nam, vt inquit Ioannes capitulo. 5. 1. cano. Est peccatum ad mortem: nō dico pro illo vt roget quis: sed tunc locum habet glossa super illud Ioan. 2. Zelus domus tua comedit me, Bono zelo comeditur qui quaelibet parua quæ viderit, corrigeret: tagit: & si nequit, tolerat & gemit. Quid si quis arguat, quia semper erit spes proprij præmij ex merito correptionis. Respondeatur, quod quando correptio est vana, non est meritoria. Si vero quis dubitat an proderit: & certus est, q̄ non obseruit corripiendo, tunc debet corripere: sicut medicus quando certus est medicinānib⁹ obfuturam, & dubitateſſe profuturam, adhibere debet. Haec regalam docet August. de poenitentia. distinet. 7. ca. Si quis, & secund⁹. Ideo do tibi poenitentiam, quia ne scio an tibi proderit: nam si scireni nō tibi prodest, non tibi darem. & in libro Decorreptione & gratia: Nescientes quis pertineat ad prædestinatōrum numerum, & quis non pertineat: si affici debemus charitatis affectu, vt omnes velim saluos fieri. Itaq; ſolum excufſan‐tur à correptione, quando certi sumus nihil nos profuturos: quia debet qui arat in ſpe arare: ſed quādo opinamur ſub dubio nos proſeprodelle, corripere debemus: alias qui obſeruat ventum, non ſeminat: & qui conſiderat nubes, nunquam metet.

Dubium. ¶ Sed quid si quis timet potius corripiēdo obſeffe quam p̄dofeffe? Tūc, aut timet obſeffe non ſolum peccatori qui indurabitur, ſed bono cōmuni & religionis, & tunc ceſſandum eſt à correptione. verbi gratia. Veroſi corripiam im‐ pudenter & perditum hominē, blasphematum nomē dei: aut ſi ex ſacris illum admoneā literis, cōtempturum & falſo interpretatu, ceſſandum eſt tunc à correptione: quia bonū cōmune, & maximē religionis, præferendum eſt bono particulari: & illud eſſet dare ſanctum eamibus, & mittere margaritas ante porcos: non enim canes aut porci cefentur quibus nihil prodeſt disciplina, ſed qui illam impugnant, contemnuntq;. Verba ſunt Auguſti. in libro ſecundo de ſermo. domi. in monte. ca. 3. Canes pro oppugnatoribus, porcos pro contemptoribus, non impropriē accipimus. At ſi quis timet obfuturum ſolum peccatori in temporalibus: quia ſi corripi, verbi gratia, fratrem, maximē inde tristitia & pudore affeſtus inſirmabitur, aut aliud detrimentum incurret, tunc adhibenda eſt cautela, vt quām minimo danno fieri poſſit correptio fiat. Nihilominus non eſt propriece ceſſandum: quia

bona spiritualia præferenda ſunt temporalibus. ſecundum illud mathxi quinto. Expediſt tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quām totum corpus tuum mittatur in gehennam ignis. ¶ Hoc veruntamē habet queſtioneſi: qui timet obſeffe ſoli peccatori in spiritualibus corripiendo, an debeat nihilominus corripere? Ad cuius partem affirmatiuam formatum eſt ſecundum argumentū principale. ¶ Sanctus Thomas ſecunda ſecunda, quæſtione trigelimatertia, articulo ſexto, diſtinguit dupličem eſſe correptionem: alteram iudicialem, quæ pertinet ad pralatos: & hæc nō eſt dimittenda propter turbationem delinquentis: etiam ſi ſit incorrigibilis: ſed puniendas eſt ex ordine iuſtitiae propter bonum publicum. Alia eſt correptio fraterna, & dimittenda eſt quando timetur turbatio & maior peruerſio peccatoris. Vnde nos poſſumus colligere, q̄ quādo peccatum eſt in perniciē publicā aut in præiudicium tertij, vt hærcis, aut proditio: aut cum quis machinatur occidere alium: tunc, quanuis timeatur turbatio & obduratio peccatoris, eſt denuntiandum illi qui potest prodeſſe & non obſeffe, ſi peccatum eſt ſecreto: & ſi ſit probabile potest eti. in denuntiari vt p̄u. iſtatur correptione iudiciali, vt latius explicabimus quæſtio. 4. Sed ſi peccatum non eſt huiusmodi, tūc, ſi timetur in iuratio fratris, & lapsus in peiora, nulla eſt necessario correptio. Nam iudicialis non eſt tunc necessario, & fraterna: quia ſolum ordinatur ad emendationem fratris, eſſet tunc pernicioſa. Vnde Auguſtinus. 1. de ciuitate Dei. capi. 9. Si p̄opterea quis obiurgandis & corripiendis male agentibus parcat, quia eiſdem implis metuit ne deteriores ex hoc efficiantur, conſilium eſt charitatis. Etho eſt intendit Sapiens, dicens. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Vbi glōſta: Nō eſt timendum ne tibi derisor cum arguitur contumelias inſerat, ſed hoc potius prouidendum, ne traſitus ad odium inde peior fiat. ¶ Sed eſt magnum argumentum, quod licet peccatum non fit in præiudicium rei publicæ, nec tertia perſone, non obſtantे timore maioris indurationis & peruerſionis peccatoris, ſit corripiendus. Christus enim præcipit corripiere fratrem, pri mo ſecretō: mox adhibere testes: deinde denuntiare: & tandem pertinacem excommunicare: ergo quanuis nulla ſit ſpes emenda, corripiendus eſt frater, vt de pertinacia excommunicetur. Et Christus loquitur ille de correptione fraterna quæ eſt respectu cuiuscunque peccati. Panor. in capitul. Novit. De iudicijs. propter hoc argumentum tenet quod non eſt ceſſan-

sandum à correptione: licet non sit spes correctionis nō quanuis timeatur, peccatorem futurum esse deteriorem: quia tunc debet denuntiari propter bonum exemplum aliorum. ¶ Sed certè hoc solum est verum, quando peccatum est publicum, aut vergit in detrimentū aliorum. Aliás falsum est ut iam modo probatum est. ¶ Respondetur ergo ad argumētum, quod Christus in illo præcepto temper supponit spem emendæ, vt certe habenda est: refutet enim nequissimus qui post exhortationē amici, & adhibitionem testium & depuntatiō nem, non obediret Ecclesiæ. Vnde tanquam rarissimum addit Christus: Si eccliam non audierit (scilicet, vt sperabatur) tunc sit sicut ethnicus &c. Vnde, si à principio timetur potius peruersio fratris, quam speretur emendatio, cessandum est à correptione.

¶ Tertia & postrema conditio vt quis sit obligatus corripere, est opportunitas: primò ex parte personæ, vt nō sit aliis qui commodius corripere possit; possit, in quā, de potentia (vt dicunt) proxima: nam quantis ego nouerim alias adesse qui melius corripere possint: vt est prælatus aut doctor: tamen video negligentes esse, tunc ego teneor: quemadmodum cum video hominem grauem pati necessitatem, licet sint parentes & cognati, qui subleuarē possint miseriam hominis, video tamē eos non facere, tunc ego teneor. Nec tamē quum primum videmus fratre in peccato, ténemur corripere, q[uod] forsitan sine correptione ipse emendabitur. Requiritur præterea opportunitas temporis: nam si vis hominis recenti iniuria affectiferuentem bilem extinguere, nihil aliud facias, quam igni adhibereligna. Vnde Augustinus libro De ciui. Dei Cap. 9: Si quis obiurgandis & corripiendis male agentibus parcit, quia opportunum tempus inquiritur, non vindetur esse cupiditatis occasio: sed consilium charitatis. ¶ Sed vtrum liceat aut expedit quandoque perditum hominum permittere in peiora prolabi crimina, vt ignominia peccatorum confusus facilius resipiscat & emendetur. Est enim pro parte negativa argumentum, q[uod] cùm peccatum sit offensa Dei non est propter aliquem finem permittendum: videtur namque quod quemadmodum mala non sunt facienda vt inde veniant bona, ita nec sunt permittenda. ¶ Respondetur. Deus qui nunquam permittit malum nisi propter bonum, bifariam permittit mala: uno modo in peccatum priorum peccatorū: sicut gētes, eo quod eum non glorificauerunt, tradidit in reprobū sensum; vt dicit Apostolus Rom. primo;

& hac ratione nō licet nobis permittere peccatum quod evitare possumus: non enim pertinet ad iudicium humanum punire homines illa via. Alio modo permittit Deus peccata, vt cautiis homo vivat: si cut forsitan permisit peccatum Petrus, vt habetur Eccle. 42. Melior est iniquitas viri (id est hominis prudentis & fortis) quam mulier (id est homo ignavus, & imprudens) benefaciens: quia illa ex peccato cautiis resurgit: hic vero ex boni operis complacentia vanascurus periculosius cadit. Et hac ratione licet nobis aliquando permettere peccatorem ad tempus peius cadere, vt cautiis resurgat: nam correptio est propter emendationem: & ideo facienda est vt melius cōducit ad illum finem. Nec est idem, propter bonum permettere malum.

¶ Quinta cōclusio colligitur ex superioribus. 5. Cōclusio Omissio correptionis trifariam contingit. Quandoque enim est officium & virtus charitatis: quandoque peccatum veniale: & quandoque mortale. Conclusionem hanc colligit Sanct. Thom. 2.2. quæstione. 33. articul. 2. ex Augustino. . . De ciuitate Dei. capitul. 9. Et prima quidem pars facilis est: nam, quamquam omissio correptionis, quando est necessaria, peccatum sit ex genere mortale, vt dicunt est, tamen si omittatur propter causas expressas in tertia conclusione, est virtus. Secunda & tertia pars habent plus difficultatis apud Sanct. Thom. & doctores. Verba Sancti Thomæ sunt hæc. Fraterna correptio pretermittitur cum peccato mortali, vt dicit Augustinus, quando formidatur iudicium vulgi, & earnis excruciatio, vel peremptio: dummodo hæc ita dominantur in animo, quod frater næ correptioni præponantur. Et hoc videtur contingere quando aliquis præsumit de aliquo delinquente probabiliter, quod posset cū à peccato retrahere, & tamē propter timorem vel cupiditatem pretermittit. Sed alio modo omissio est peccatum veniale, quando timor & cupiditas tardiorē faciunt hominem ad corripiendum, non tamen ita quod si hoc constaret, quod fratrem posset à peccato retrahere, propter timorem vel cupiditatem dimitteret, quibus in animo suo præponit charitatem fraternalm. Hæc Sanct. Thomas. Et similia verba dicit Ricardus, & omnes theologi in quarto. distinctio. decimanona. quos sequuntur canonistæ. Quæ verba profecto sub obscuris sunt.

¶ Pro quorum expositione queritur, vtrum quotiescumque quis omittit corripere fratrem præcipua timore mortis peccet mortaliter. De qua quæ

stione sunt dux per extreum opiniones: in quarum medio, ut puto, consistit veritas. Una est quod quotiescumque quis omittit corripere timore mortis peccat mortaliter. Ita inter alios expresse opinatur Gabrie, dist. 74. Si quis (inquit) probabiliter crederet se posse fraterna correptione retrahere adulteram ab adulterio, & tinet adulterum ne ab eo occidatur, & metu mortis omittit, peccat mortaliter: & sic insimilibus. Altera opinio est quod nunquam priuata persona peccat mortaliter omittendo correptionem, nisi quando cōsentit & cooperatur peccato. Ita opinatur Franciscus Mayronis super verbis August. commemoratis veritate. 7. Adrianus. q. De cor. frater, licet non ponat tam expressum exemplum sicut Gabriel, tenet tamen opinionem Gabriel. Et ambo vindetur sibi manifeste elicere illam opinionem ex verbis August. & S. Thom. nam dicit August. bonos flagellari: quia omittunt corripere, eo quod formidatur carnis excruciatio vel peremptio: quod Sanct. Thom. exponēs: dicit quod quando quis probabiliter præsumit quod potest alium auferre à peccato, & omittit propter cupiditatem vel timorem, peccat mortaliter. Et ratio insinuatur manifesta: quia tūc postponitur charitas vitæ corporali: nam ordine charitatē tenemur magis diligere vitā spiritualem proximi, quam corporalem propriam. Et Caiet. illic dicit quod ex quacunque causa quis omittat correptionem, non est peccatum in mortale, si saluetur in præparatione animi, quod si crederet aliū posse retrahere à peccato, omnia postponeret charitati. Vbi defigunt vniuersalem conclusionem, quod quicunque & quotiescumq; credit probabiliter se posse corriger fratem, quacunq; causa omittat, peccat mortaliter. Sed quicquid sit de alijs, puto nec August. nec S. Thom. id in vniuersum sensisse. ¶ Vnde ad euidentiam quinte conclu-

Cōclusio fonis statuimus sextam. Per longę priuatenum est peccatum timore mortis aut amissio- nis notabilis famæ, aut bonorum exteriorum cessare à correptione, vbi correptione nō est simpliciter necessaria: quanvis certum sit correptionem profuturam. ver. gra. In calu posito Gabrielis quo quis timore mortis cessaret corripere adulteram, nullo modo peccaret. Probat. Præceptum correptionis priuatum hominem solum obligat ex charitate, & non de iustitia: sed ad opera charitatis nemo tenetur cum detrimento vitæ: aut cum notabilidetrimento bonorum, aut l'amæ, aut honoris: ergo nec ad correptionem. Probatur minor. Nullus tenetur facere eleem synam existēti in extre-

Quæstio secunda.

ma necessitate, si inde subsequatur extrema necessitas propria: ut utiliter quādō est grauis necessitas proximi, nullus tenetur incurseret tam necessitatē ut succurrat alienæ.

¶ Secundō probatur. Quando correptione mea non est simpliciter necessaria: quia videlicet frater potest se corriger sine correptione mea: tunc ego non postpono charitatem proximi vitæ meæ, quanvis cesse corripere timore mortis: quia tunc vita mea non est illi simpliciter necessaria. Et eadem ratione, si quis sine periculo honoris mei & bonorum meorum ipse potest se corriger, ego non præpono bona mea charitati, quanvis non exponam illa pro correptione: quemadmodum si quis comminaretur se peieraturū aut furaturum citra extremam necessitatem, nisi dare illi bona mea, ego nihilominus non teneor dare, ut seruum illum à peccato, quia ille ex malitia peccat, & non ex necessitate bonorum meorum: sed correptione mea nunquam est simpliciter necessaria peccatori, saltem vbi peccatum non procedit ab ignorantia (de quo statim) nam quicunque cognoscit se esse in peccato, solo auxilio diuino potest intra se conuertere: ergo tunc non postpono charitatem proximivitæ meæ corporali: quanvis timore mortis cesse corripere. ¶ Tertiō probatur conclusio ex vniuerlo hominum, & sapientum sensu: vnde magnum sumimus in moralibus argumentum. Qui enim timore mortis omittit corripere, à nemine pfecto argueretur peccati: quādā si quis postponeret vitam ut emēdaret fratre, laudaretur de opere supererogationis & consilii. Et quartō arguitur. Quia secundum doctores nemo obligatur baptizare puerum cū periculo propriæ vitæ: saltem quando periculum est ab extrinsecō: putā ex malitia tyranni prohibētis me baptizare puerum: ergo à fortiori nec teneor cum tali periculo corripere fratre: nam maior est necessitas puerō, baptismi, quā adulto, correptionis.

¶ Et hæc omnia cōfirmātur. Nam iugum Dominis suave est, qui non obligat nos ad opera difficillima: sed esset difficillimum in vniuersum priuatos homines obligare ut vitā exponerent pro correptione. Imò credo nec tene- mur corripere cum magno periculo honoris, aut cum magna iactura bonorum temporaliū. Et confirmatur secundō ex sententia S. Thom. 2. 2. quæstio. 38. articul. 5. vbi querit an teneatur homo diligere salutē spiritualem proximi, potius quam corp' propriū: & facit tertium argumentū ad partem negatiuam: quia homo non tenetur exponere vitam corporalem

poralem pro salute spirituali proximi, sed hoc est perfectorum: & respondet concedendo.

¶ Quia (inquit) non est tanta cura nobis vita spiritualis proximi, quanta est corporis proprii: nisi in casu quo quis tenetur prouidere saluti illius. Quod intelligit, quando alicui incumbit ex officio: vel quando vita nostra est simpliciter necessaria saluti proximi: alias expōnere vitam pro correctione pertinet ad perfectionem charitatis.

7. Cōclusio ¶ Septima conclusio. Prælatus aliquando tenetur pro correptione subditorum expōnere vitam, etiam vbi peccata non procederent ex ignorantia. Nam quanquam tunc non est vsqueadē simpliciter necessaria eorum correptio, tamen, quia ratione officij incumbit illi correptio: fieri potest, vt vbi priuata personæ fuerit consilium ponere vitam pro fratre, prælato sit præceptum ponere illā pro filio. Vnde de omnibus in vniuersum amicis ait Christus Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis: quasi hoc ad perfectionem pertineat: sed de pastribus ait Ioan. 10. Pastor bonus animam suā ponit pro omnibus suis: quasi hoc pertineat ad necessitatem. ¶ Sed tunc est dubium, quid sentiat S. Tho. in illis verbis allegatis: scilicet, Quia si quis præsumit de alio quod possit eum à peccato retrahere, & omittit timore peremptionis aut excruciationis carnis, peccat mortaliter: quia vitam corporalem præponit charitati proximi, non enim solum loquitur de prælatis, sed de vniuersis hominibus. ¶ Respondetur quod si daretur casus, quo vita corporalis priuati hominis esset simpliciter necessaria saluti spirituali proximi, tunc nō dubito, quin teneretur ille mori pro correptione fratris. Et hīc est sensus S. Thom. nam alias præponeret vitam charitati. Sed nescio an talis casus necessitatis correptionis possit occurtere: nam si peccatum procedit ex malitia aut passione, ipse peccator se potest corriger: postquā cognoscit se esse in peccato: & si ex ignorantia invincibili, tunc non est peccatum: & si ex ignorantia vincibili, tunc ipse tenetur querere doctorem. At vero in tali casu si qui peccat ex ignorantia invincibili querit doctores quillum instruant, tūc credo quenq; etiam priuatum hominem, tenerinon obstante periculo mortis, docere illum veritatem, si non sit aliud qui corripiat: nam ille esset casus simpliciter necessitatis. Et præterea tenetur quis pro bono communis corripere non obstante periculo mortis. Ut si hæreticus peruerteret Christianos persuau-

dendo falsa dogmata, quicunque qui commode posset, teneretur, non obstante periculo mortis, obijcere se huiusmodi malo.

¶ Sed nunc restat dubium, vtrum nūquā priuata persona peccet mortaliter omittendo correptionem, nisi quando correptio est simpliciter necessaria, vt expōsitum est. Nam si hoc esset, verum rarissime occurreret necessitas huius præcepti: quod tamen nobis summopere commendauit Christus redēptor noster: quin inòlex ipsa naturalis.

¶ Ad hoc respondet oītāna cōclusio: Non solum quando correptio est simpliciter necessaria: sed etiam de peccatis cōmunitib⁹ quæ non procedunt ex ignorantia, tenetur priuatus homo fratres corripere sub reatu mortali: quādo id fieri potest sine notabili detrimēto vite aut bonorum temporalium. Probatur. Correptio obligat sicut reliqua eleemosynæ: præceptum autem eleemosynæ non solum obligat in extrema necessitate: sed etiam in graui necessitate, de superfluo: at quando peccatum nascitur ex passione vel malitia: quanvis peccator non sit in extrema necessitate correptionis: quia posset ipse respicere: tamen est in graui necessitate: quia difficultē homines emendantur sine correptione. Et siue in diuitiis censetur superfluū diuitiarum illud quo citra graue detrimentum non possunt elargiri, ita in correptione: quando quis facili negotio & sine detimento potest corriger fratrem, tunc tenetur sub reatu mortali corripere: nam alias negligit salutē fratris: quod repugnat charitati.

¶ Nona & postrema conclusio. Multis modis 9. Cōclusio contingit omissionem correptionis esse peccatum veniale. Primo, quando quis omittit, putans se nihil posse proficere: tamen leuibus cōiecturis perdit spem: aut quādo ex aliquo metu cessat corripere, qui tamen est leuis: & multis alijs modis.

¶ AD primum argumentum principale respondetur, quod Apostolus non præcipit importunè corripere, ac si non debeat expectari opportunitas: quia correptio est actus virtutis, quæ requirit circumstantiam temporis: sed importunè intelligitur, quantū ad estimacionem perditionum hominum, quibus semper prædicatores & correptores sunt importuni. Et idem dicendum est ad illud: Clama ne cesses. ¶ Ad secundum argumentum latè respōsum est cōclusione quarta: sed ad formam illius dicendum, quod quādo ex correptione timeretur scandalum publicum, ant maior pervercio peccatoris, cessandum est. Et ad illud Hieronymi: Utilius scandalum nasci permitti-

tur, quum veritas relinquatur: respondetur duplíciter: primo quantum ad veritatem vitę, homo non debet facere cōtrapræcepta Dei, quæ sunt necessaria ad salutem, propter scandalum aliorum. Possumus tamen prætermittere opera consilij quæ non sunt simpliciter necessaria ad salutem propter scandalum, secundum illud, primæ Cor. 8. si esca scandalizauerit fratre meum, carnes in æternum non manducabo. Quare cūm præceptum correptionis sit propter emēdationem fratrum, cessante fine, cessat præceptum: & ita non relinquitur veritas vitæ, si ad vitandum scandalum vel peruersitatem fratris, dimitatur correptio. Sed quātum ad veritatem doctrinæ non debet homo cessa re à prædicatione veritatis propter scandalum Pharisæorum, exemplo Christi Matthæi. 15. ¶ Ad tertium latè respōsum est sexta & septima cōclusionibus: quando scilicet timore mortis licet omittere, quando vero nō. Sed ad verba Augusti. 1. Decūitate Dei. duplíciter possumus respondere: primo quod verba illa nō sonant esse peccatum mortale omittere correptionem timore mortis: ait enim quod propterea boni flagellantur cum malis, quia omitunt corripere eo quod timet peremptionio: & loquitur de flagellis temporalibus. Quare nō intelligit nisi quod est forsitan peccatum veniale, & ideo illos qui ita omittunt vocat bonos. Sed quia S. Thom. & Ricard. & omnes glossant illud esse peccatum mortale, exponatur, vt dictum est in septima conclusione de prælatis, aut quādo correptio est simpliciter necessaria.

QVÆSTIO TERTIA.

VTRVM omnes in vniuersum homines quoscunq; peccatores corripere teneantur. ¶ Ad partē negatiuam arguitur, primo. Præceptū correptionis Matt. 18. soli Petro, tanquā prælato ecclesiæ, datum est, & Matth. 5. solis Apostolis (quibus succedunt episcopi, capite Quorū vires. 68. distinctione) & ceteris discipulis, (quibus succedunt inferiores prælati. cap. Inno. 21. d.) dictum est. Vos estis sal terre. Vos estis lux mundi: & in veteri lege Ezech. 3. & inferius 33. soli speculatores, id est, prælati admonentur illis verbis: Si dicente me ad impiū, morte morieris, non annunciaueris ei vt auertatur à via sua impia, ipse impius in iniuitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. vnde Hiero. Sacerdotes (inquit) studeant illud euangelij implere. Si peccauerit in te frater tuus: ergo soli prælati obligantur

Quæstio tertia.

præcepto correptionis: quod officio pastoris, quales ipsi sunt, maxime congruit. Et ratione naturali confirmatur: nam inferiora hæc cœlorum influentia & motu gubernantur: & prælati in sacra scriptura cœlorum nomine permanentia cōsentuntur, qui enarrant gloriam Dei. Secundò arguitur quod nō teneamur corrīpere quoscunq; peccatores. Correptio, vt dicemus questione sequenti, procedit vsq; ad denuntiationem quæ fit prælato: sed multis sunt qui non habent prælatum: vt papa, nisi in materia hæresis, vt habetur capit. Si papa. 40. d. & infideles: de quibus Paulus. 1. Cor. 5. Quid mihi (inquit) de his qui foris sunt iudicare? & vsurarios qui permittuntur ab ecclesia vanū esset corripere, postquam vanum esset denuntiare: immo meretrices videtur esse perniciōsum corrīpere: nā, vt inquit Augu. Tolle meretrices, & oia turbabis libidine: & hæreticos post primā & secundam monitionem præcipit Paulus cuius Tit. 3. immo nec cū excommunicatis licet communicare, vt dicit Paul. 1. Cor. 5. ergo nec illos licitum cuiquā est corripere. ¶ Tertiò arguitur. Subditis non licet prælatos suos corrīpere: ergo non oēs tenentur præcepto correptionis respectu omniū. Probatur antecedens. Correptio (vt nomen sonat) fieri non potest sine increpatione: sed Pau. 1. Timoth. 5. Senior (inquit) ne increpaueris, sed adinone ut patrem: vnde Exo. 19. Bestia quæ tetigerit mortem lapidabitur. & 2. Regum .6. Oza percussus est à domino quia tetigerat arcam, cum se inclinaret: ad casum: vbi significantur prælati, qui & latores legis sunt & custodes: sicut in monte dabatur lex, & in arca custodiebatur.

¶ Quartò & postremo arguitur. Peccatoribus non est ius alios corriplendi: ergo non tenentur hoc præcepto: alias vt troq; modo peccarē & corripiendo & non corripiendo: & sic dare tur perplexitas: quæ tamen est impossibilis in lege Dei. Probatur antecedens. Christus reprehendit eos qui vident festucam in oculo fratris, & non vident trabem in oculo proprio: & Paul. Rom. 2. In quo alium iudicas, te ipsum cōdemnas. & Psal. 49. Peccatori autē dixit Deus: quare tu enarrasi iustias meas, & assūmis testimentum meum per ostium? Et de poenitent. d. 6. cap. 1. §. Sacerdos. Potentissimum crimen est sacerdotum qui non prius se iudicat quām alios ligant. & Isidorus de summo bono: Non debet vita aliorum corrīgere, qui est vitis subiectus. Et ratione id confirmatur: quia correptio est officium charitatis peccator autem qui corripit alium cū se non corrigat, non videtur idex charitate facere, sed ex iuperbia:

nam in quo quis se non diligit, non præsumitur alium diligere. ¶ Sed in contrarium est decretum Anacleti Pape. 24. quæst. 3. Tā sacerdos, quām reliqui fideles, omnes sumūmam debent habere curam de his qui pereunt: quatenus eorum redargutio, aut corrigatior à peccatis, aut si incorrigibiles appareant, ab Ecclesia separentur.



Vestio hęc duo insinuat: pri
mū, an omnes attingat præceptū correptionis: alterum,
an vniuersis peccatoribus te
neamur id officiū præstare.

1. Cōclusio detur sex conclusionibus. ¶ Prima. Omnes in vniuersum mortales, modo sint rationis cōpo
tes tenentur præcepto correptionis. Duplex
ēm̄ est correptio, vt. q. 1. adnotauimus: altera
quā est actus iustitiae: & hęc, quia procedit v̄f
que ad condēnationem & vindictā, atq; adeò
vīm habet coerciam, solis principib⁹ incum
bit, & prælati publicam habētibus authorita
tem: qui, vt habetur. 1. Petr. 2. sunt tanquam à
Deo missi ad vindictam malefactorum: laudē
verò bonorum. vnde Apostolus Rom. 13. Nō
sine causa gladium portat: Dei enim minister
est, vindex in iram ei qui malum agit. Altera
verò est correptio quā est actus charitatis: cu
ius finis est emendatio fratris: de qua, & mota
est præsens quæstio, & respondet prima con
clusio, quę facile colligitur ex superiorib⁹. Præ
ceptum enim illud euangelicū charitatis: Dili
ges Dominum Deum tuū, & proximum tuū
ticut te ipsum, omnes mortales in vniuersum
atttingit legenature: sed correptio est op⁹ char
itatis, & necessarium, vt iam manifestatū est:
ergo omnes mortales ligat, atq; adeò, non mo
do Christiani tenentur hoc præcepto, sed quę
uis gentes, quacunque legi aut secta viuant.
¶ Et secundō probatur. Ad elemosynas cor
porales omnes in vniuersum mortales lege na
turæ sunt astricti: ergo ad spirituales: qualis
est fraterna correptio. ¶ Et tertio probatur.
Quemadmodum in corpore duplex est habi
tudo, scilicet capitū ad membra, & membro
rum ad inūcim: & in exercitu alia est habitu
do ducis ad milites: cui ex officio incumbit
exercitū gubernare: alia verò singulorum
ad singulos milites qui sese mutuò protege
re tenentur: ita in humana Republica, & in
militia spirituali, qualis est vita hominis su
per terram, præter curam quā prælati ex
officio & ex iuslitia incumbit, est mutua
iustitia. Concluimus quod in genere, ut in
particulari.

necessitudo & charitas inter ciues vt se inui
cem ope & consilio iuuent.

¶ Secunda conclusio. Omnes tenentes quoſ
cunque cuiusvis legis & fortis homines cor
ripere: ita vt Christiani teneantur corripere
infideles, & vice versa. Probatur. Nam actus
potentia & virtutis extendit ad omnia que
continentur sub subiecto illius potentia aut
virtutis: vt visio extendit ad omnes colo
res: sed charitas extendit in vniuersum ado
mines homines: ergo præcepto correptionis
(quod est charitatis) cuncti tenentur quoſcū
que alios corripere.

¶ Et confirmatur ex verbis Euangeli: Si pec
cauerit in te frater: omnes enim mortales rō
ne creationis censem̄t frātres, secundūm il
lud Matth. 23. Vnus est Magister vester, o
mnes autem vos frātres: quare, non modo
Christiani dicūt frātres, qui lauacro regene
rationis in filios Dei adoptantur: vt ait Chry
stostomus super epistolam ad Hebrae. & refer
tur vnde cōcluſio tertia. capitul. Ad men
sam. sed & infideles sunt proximi nostri, vt est
glossa capit. Charitas secundo. De pœnitē
tione. secunda.

¶ Tertia conclusio. Prælati arctiū tenentur
præceptæ correptionis, quām priuati homi
nes. Itaque præter præceptum iustitiae quo
peculiariter prælati tenentur correptione iu
diciali arcere subditos à peccatis, præcepto
charitatis magis tenentur, quām priuati homi
nes. Quę sententia est Sancti Thomæ. 2. 2.
quæstionē trigesimali tertia, articulo tertio. fe
cundum Augustinum primo De ciuitate Dei
capite nono. Conclusio hęc, vt reor, satiscom
probatur rationibus & testimonij, quę in pri
mo argumento principali addūctis sunt: nam
vbi cunque sacræ paginę mentio incidit huius
præcepti, prælati peculiariter designantur.

¶ Et secundō probatur ratione. Nam præla
tus, eo quod est persona publica, & est custos
iustitiae: vt dicit Aristotel. quinto Ethicor. &
exemplar populi, ad omnia opera præcepto
rum, cuiuscunque sint virtutis, arctiū tenetur
ratione status, quām populus.

¶ Et tertio probatur. Prælatus (vt inquit illuc
Aristoteles) tenetur proprio officio bonos
facere ciues: ergo arctiū tenetur quo cunque
præcepto quod institutum est ad correptio
nem & emendationem ciuium: sed præce
ptum correptionis fraternæ ad hunc finem
ordinatur: ergo strictiū ligat prælatos, quām
plebem. ¶ Et quartō id confirmatur. Pre
latus tenetur magis diligere filios, quām pri
uati

uati homines alios fratres: vnde Christus Ioh. 21. non commisit Petro gregem suum, antequam tertio ipsum interroget, an se plus alijs diligeret: ergo ad opera charitatis, qualis est correptionis, in maiori vinculo tenetur erga filios, quam fratres erga se inuicem. ¶ Quod postremo confirmatur. Nam quemadmodum quisque eleemosynas corporales potius tenetur filiis &c domesticis elargiri quam extraneis: ita prelatus qui est pater spiritualis tenetur spirituale eleemosynas filiis impendere, magis, quam priuatus homo alijs fratribus. ¶ Sed dubium est circa hanc conclusionem, an aliquid teneantur face repræcepto correptionis fraternæ, am plus quam priuatus homo. ¶ Dominus Caietanus. 2. 2. q. 33. ar. 2. quanquam concedat conclusionem hanc, negat tamen prelatum tene ripræcepto correptionis fraternæ inquirere peccatores, magis quam unus de plebe: quia hoc (inquit) esset obligare prelatum nouo præcepto charitatis: cum tamen prater præceptum iustitiae quo tenetur corrigere tanquam iudex, non habeat particulare præceptum correptionis fraternæ, nisi quod habet priuatus homo. ¶ Nihilominus (arbitror) prelatus prater præceptum iustitiae quo tenetur inquirere tanquam iudex diffamatos de crimen, ut dicemus infensus, tenetur præcepto fraternæ correptionis oculatus vigilare super gregem, quam unus de plebe, & accuratius inquirere crimina: non qui dem ordine iudiciali, ubi non præcessit infamia, sed tamen tenetur esse magis attentus ut coniecturis possit rimari crimina subditorum ut fraternaliter corripiat. Et primò credo esse sententiam S. Thom. contra dominum Caietanum, in illo loco quem ipse exponit: putat, in solutione ad. 4. ait enim S. Thom. quod illud quod debetur alicui determinata personæ eportet quod ei expendamus, non expectantes quod nobis occurrat, sed debitam solitudinem habentes ut eum inquiramus: vnde, sicut ille qui debet pecuniam, debet creditorem requirere, cum tempus fuerit: ita qui habet spiritualem curam alicuius, debet eum querere, ad hoc ut eum corrigit de peccato: & manifestum est quod non loquitur de correptione iudiciali: sed de fraternæ: vnde subiungit, priuatos homines non obligari ad inquirendum corrigena crimina: quibus ait August. De verbis domini. Admoneris corripere, non querendo quid reprehendas, sed videndo quid corregas. ¶ Sed probatur adhuc responsio nostra. Nam quanquam non teneatur prelatus nouo præcepto correptionis fraternæ, tamen illo communipræcepto teneatur arcuus: ob idque ratione illius tene-

tur facere aliquid quod non tenetur singuli de plebe. ¶ Et confirmatur hoc maxime. Prelati præcepto correptionis fraternæ tenetur quandoque exponere vitam ut corripiant subditos, quando frater non tenetur vitam expōnere pro fratre, ut diximus quæstione proxima: ergo par ratione tenetur taliter inquirere criminis qualiter non tenetur frater ut corrigat criminis fratris. Et tertio confirmatur. Quia propterea apud Ezechielem prelati discuntur speculatori, quibus officium est vigilare super gregem: quia non solum tenetur præcepto iustitiae inquirere criminis iudicia liter puniantur, propter bonum commune, sed certe quia tenetur habere curam particulariter singularum personarum, propter bonum priuatum cuiuscunq; & præsertim Ecclesiastici prelati, quibus cura & solicitude incumbit, non solum peccata punire quæ in foro publicè deferuntur, sed occulte etiam peccata fraternaliter emendare, atque adeò purgare corda & mentes subditorum. Quare non satis est ecclesiastico prelato forū habere causarum ut pretores habent, ut maior eorum cura circa doctrinam & fraternam correptionem quæ à charitate procedit, esset collaudata. Sed absit ut os ponamus in cœlum. ¶ Sed dubium est secundum circa hanc tertiam conclusionem, utrum patres familiæ teneantur maiori vinculo corripere filios & domesticos, quam extraneos. ¶ Respondeatur quarta conclusio. Quicunque tenetur corripere domesticos potius quam extraneos. Conclusio est Augustini, quæ habetur cap. Duo ista. 23. q. 4. ubi ponit septem conditiones personarum, quibus ab officio incubit correptione: ut episcopus debet corrigere plebeum; pater familiæ domum: maritus uxorem; prætor prouinciam: rex regnum &c. & loquitur de correptione fraternali: nam pater familiæ non potest corripere familiæ nec uxorem, nec filios correptione iudiciali & coerciuæ: quia non potest infligere penas legi: quare non tenetur arcere seruum à concubina expellendo eum domo, nisi forsitan propter scandalum: nec tenetur compellere familiam ad ieunia Ecclesie: sed solum tenetur fraternaliter corripere, maiori tamend diligentia, quam extraneos. Imo verò non tam strictè tenetur ad correptionem fraternali filiorum aut domesticorum, quam prelatus respectu subditorum: nam quanquam pater, quantum advitam corporalem, tenetur magis diligere filios quam prelatus subditos: tamen quantum advitam spiritualē pater spiritualis plus astringitur diligere subditos & vigilantius

Iantiū illis prospicere, quām pater temporālis filii suis. ¶ Quinta conclusio. Subditi s̄t fratiū obligantur corripere prælatos, quām alios fratres aut privatos homines. Quod teneātur subditi ad correptionem prælatorum manifeste sequitur ex conclusione prima. Duplicem enim correptionem adnotauimus: aliam de iustitia coerciuā, qua subditi in prælatos vt nō possunt: aliam fraternam, quæ à charitate dimanat: & manifestum est subditos teneri ad charitatem prælatorum: vnde Grego. in epist. ad concilium Nichacium, quæ refertur. 2. q. 7. cap. si cut. secundo. Sicut (inquit) laudabile dicitur q; est, reuerentiam & honorem exhibere prioribus, ita rectitudinis & Dei timoris est si qua in eis sunt quæ indigent correptione nulla dissimulatione postponere: ne totum (quod ablit) corpus morbus inuadat, si languor non fuerit curatus in capite. Sed quod arctius teneatur prælatos corripere, quām alios quo scunq; etiā quām patres temporales, ex ultimis verbis recitatis sumitur primum argumentum. Nam accuratiū tenetur occurtere malo communi, quā priuato: sed peccata prælatorum vergūt in perniciem publicam. vnde idem Grego. vt habet. xj. q. 3. ca. Præcipue. Scire prælati debet, q; si peruersa vnq; perpetrāt, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exemplia transmittunt: ergo subditis accuratiū obstringuntur prælatos corripere, q; quo suis alios. ¶ Et secundo, quia subditi prop̄sū tenentur diligere prælatos quā tum ad spiritualia, q; quo scunq; alios, etiam q; patres naturales. Nam sicut in corporalibus post amorem patrum in filios, secundum locum tenet amor filiorum in patres, ita in spiritualibus: sed præceptū correptionis fratrnæ est præceptum charitatis, ergo pressius obligat subditos respectu prælatorum, quām respectu aliorum fratrum. ¶ Et tertio: quia prælati plus indigent correptione, q; priuati homines, vnde August. in regula. Non solum vestri sed etiam ipsius (scilicet prælati) misermini, qui quanto in loco superiori, tanto in periculo maioriverfatur. ¶ Quartō id cōprobatur. Quia inde grauius indigent prælati correptione, quod rarissimi sunt qui prælatos & maiores corripiant. Nam alij verecūdia, alij timore: alij ambitione gratiae comparandæ apud prælatos, à correptione erga prælatos prohibentur: quæ iniquissima conditio & sors infelissima est prælatorum & principum, atque adeo quanto in sublimiori gradu sunt, tanto sunt hoc beneficio penius priuati. ¶ At verò quia iuste quod iustum est exequi debemus,

vt est Deut. 16. plures sunt obseruandæ circūstantia in correptione prælatorum q; priuato rum hominum. Primò vt summa ratio habeatur famæ & pudoris eorum, nēpe vt de occultis criminibus occultissime corripiantur. Nam vt inquit Anacletus, sententia Cham filii Noë damnantur, qui suorum doctorum vel præpositorum culpā produnt: ceu Cham, qui pudenda patris non operuit, sed irridenda monstravit. 2. q. 7. Secūdò, vt nō quicūq; de plebe præsumat prælatū corripere, sed ille quis sit & spe etatæ virtutis & prudentiæ. Nam si homo de plebe & peccator tentaret corripere prælatū, ille etsi vt bestia quæ tāgit montē, & vt Oza qui non erat dignus tenere arcam. Vnde Gregorius in Pastorali. Sanctorum vitam corrigerere non præsumat, nisi qui de se meliora sentit. ¶ Quod si arguas contrà, quod a si reprendit Balaam: Respondetur in desolū fumi exemplum, vt qui uis in causa propria, cū in iustèvexatur à prælato, possit interrogare causam vt se compurget: sicut dixit a si na: Cur p̄cutis me etiam fami tertio, nonne animal tuum sum. &c. Tertiò qui corripit prælatum, maxime Episcopum, aut principem, debet id facere cum reuerentia non increpando, sed admonendo, sicut dicit Paul. hoc est explicando grauitatem flagitorum quæ augentur ex dignitate persona: & detrimētum subditorum quod patiuntur ex malo exemplo superioris. Vnde Dionys. in epist. ad Demophilū, eum reprehendit, q; sacerdotem irreuerenter correxerat. ¶ Quod si peccata prælatorum fuerint in perniciem reipublica: tunc publicē fas est illos reprehendere: primum si sit crimen hæresis, nec Papa ipsi in hoc parcēdum est, vt habet. ca. Papa. 40. d. Vnde Paulus Petroni faciē restitit, Galat. 2. quia scandalum dabat Gentilibus in fide. ¶ Quod si quis arguat quod adhuc in materia fidei & scādali non liceat publicē subditis reprehendere prælatum, ex glossa Hieronymi illic Paulus Petrum reprehendit: quod non auderet, nisi se non imparem sciret. ¶ Respondetur, quod omnis fidelis, quantum eunq; minimus censetur par cuicunque quantumcumque maximo in materia fidei, vt possit & debeat ipsum reprehendere & denuntiare. Tanta est enim labes illius criminis, quod ad eius accusationem & serui aduersus dominum, & quilibet iminoſi & infames aduersus quemlibet admittantur. capit. Præsumunt. secund. quæstio. septim. Nec solum in materia fidei, sed quando peccata prælatorum sunt scandalosa, licet eos reprehendere publicē: vt habetur in capit. Paulus dicit. eadem causa & q.

&c. Imo Petrus non admiserat peccatum hę
resis, sed quia scandalum dabat, nec adeò gra-
ue ut esset mortale, reprehensus est. Vnde Au-
gust. illic. Petrus exemplum maioribus præ-
buit, vt si cubi rectum tramitem reliquissent,
non deditarentur à posterioribus corrigi.
Quinimo Christus ipse magister summus qui
peccatum nō fecit, voluit legi correptionis te-
subijcere, vbi ait: Si male locutus sum, testimo-
nium perhibe de malo. ¶ At vero inter priua-
tas personas magis tenemur corripere eos qui
in vita spirituali cōiunctiores sunt nobis, quā
alios vt religiosi maiorem diligentiam adhibe-
re tenentur corripiendis fratribus spirituali-
bus; quām fratribus naturalibus. At qui in æ-
quali necessitate strictius obligantur meliori-
bus, quām peioribus; vt si homo alias probus
incipit labari, maiori cura tenemur eum serua-
re, quām perditum hominem. Nam ex gene-
re obiecti propensius tenemur diligere melio-
rem sed quia peiores plurimum grauius indi-
gent correptione, ex hac parte augetur quan-
doque obligatio respectu illorum.

6. Cōclusio ¶ Sexta conclusio. Peccatores cuiuscunq; ge-
neris sint, tenetur præcepto correptionis: atq;
deo, cūm sunt in peccato possunt corripere.
Prima pars probatur. Præceptum charitatis
omnes in uniuersum obligat; ergo peccatores
ratione peccati non liberantur illo præcepto:
alias cōmodum reportarent à peccato.
¶ Secunda pars probatur. Duplex est corre-
ptio, vt dicitur, scilicet iudicialis & fraterna:
& à iudicali correptione multi repelluntur ra-
tione peccati vt lege cauetur. 3. q. 4. per totā,
& alibi sāpē in iure, vt videbimus in De accus.
Infames enim & publici peccatores, & ex cō-
municati accusare nō possunt, nec ius dicere:
& hoc, quia ad publicum iudicium requiritur
estimatio & opinio probitatis, & iudicis, & ac-
cusatoris, & testium, vt fidem faciant: sed tamē
à correptione fraterna nullus repellitur: quia
de necessitate & natura correptionis solū est
docere & persuadere veritatem: quod quicun-
que mentis & rationis cōpos facere potest: &
cum peccatum rationis vsum non tollat, fit vt
peccatores non sint prorsus inhabiles corre-
ptioni. ¶ At vero peccatum multis modis ex-
tenuat & impedit efficaciam correptionis. Pri-
mo ex parte corripien tis, quem indignū red-
dit vt alium corriga, tñ maximē si corripiēs ma-
ioribus criminibus sit obnoxius. Vnde Hiero-
nymus super illud Matth. 7. Quid vides festu-
cam &c. De his (inquit) loquitur, qui cūm
mortali criminī detineantur obnoxii, minora
peccata fratribus non concedunt. Et secundō

ratione conditionis peccati: vt putā, si publi-
cus peccator publice corripit alios: tunc enim
non solum correptio nitid prodest, imo nocet
ratione scandali: nam ille nō præsumit cor-
rigere ex charitate cum scipsum prius nō cor-
rigat, sed vt per bonam doctrinam propriā et
let flagitia, vt inquit Chrysost. super eisdē ver-
bis, Matth. 7. Et tertioratione periculi. Nam
peccator qui aliena peccata obiurgat, inde su-
perbia effertur, quod proximis fese indigne
prefert. Vnde Agustinushbr. De ser. Dom.
in monte. Accusare vitia officium est bonorū
& beneolorum: quod cūm mali faciunt, alie-
nas partes agunt. Et de peccatore publice præ-
dicante intelligitur illud Psal. Quare tu enar-
ras &c. vbi glossa, Quare communī sermone
ad populū profers aliquid de mea maiestate?
¶ Sed est dubium, vtrūm peccatoribus pecca-
tum sit corripere. Arguitur enim pars affirmati-
vā: quia correptio est opus charitatis: peccato-
rū autē nō est in charitate, ergo si corripit,
nunquā corripit ex charitate. ¶ Responde-
tur, quod quicunq; peccator potest sine pec-
cato corripere: imo meritorie, si modo corre-
ptio fuerit circumspecta: primō nē publicus
peccator publice corripiat: nā illud esset pec-
catum ratioē scandali: deinde vt peccator cor-
ripiat, non increpando & superbe accusando,
sed aut gemendo proprium peccatum, aut re-
prahēdo se simul cū alio. Iste modo & vſu-
rarius, & meretrices, & perditissimi homines
possunt alios sue farinae corripere. Vnde Aug.
in lib. De serm. Dom. in mōte, loco citato. Co-
gitemus (inquit) cūm aliquem reprehendere
nos necessitas cogit: vtrūm tale sit vitiū quod
nunquā habuimus, & tunc cogitemus nos ho-
mines esse, & habere potuisse, vel tale quod ali-
quando habuimus, & iam non habemus: &
tunc tangat memoriam con munis fragilitas,
vt illam correptionem, non odium, sed miseri-
cordia præcedat. Si autem inuenierimus nos in
eodem vitiō esse, non obiurgemus sed conge-
niscamus: vt nō alium solū ad pœnitendū,
sed ad æqualiter conandum inuitemus. Hac
Augustinus. Adde quod nō solū peccatori
meritum est alium corripere, sed certè meritū
peculiariter accōmodū ad obtinendā remissio-
nem proprij peccati. Nam opera misericordię
peculiariter conducunt ad remissionem pec-
catorum: secundum illud Danielis. 4. Peccata
tua eleemosynis redim. e. Sed maximē ad id cō-
fert remittere aliena peccata, secundum illud
Matth. 6. Dimitte nebis debita nostra, sicut &
nos dimittimus debitoribus nostris. Cui pro-
ximum est corripere fratrem. ¶ Vnde ad ar-
gumen-

gumentum modo factum respondeatur, q̄ quā quam correctio non procedat ex habitu charitatis infuso, sufficit tamen ad implēdūm præceptum quantum ad substantiam, atque adeo vt inter alios bonos mores sit laudabilis, q̄ pcedat ex naturali charitate. ¶ Sed tandem adnotauerim, q̄ si esset quispiā tam perditus & infamis homo, vt correptio sua prorsus reddetur inutilis, tunc non teneretur præcepto correptionis: nam ad opus vanum obligatur nemo. Quid si contra arguas, q̄ tunc peccator teneretur resipiscere, vt possit corripere, quod insinuat Richard. 4. dist. 19. artic. 2. ad. 1. & Paulus. q. 3. alijs peccatum esset ei cōmodum, cū eū excusaret à præcepto. Respondetur, quod nemo obligatur ad opera misericordie, nī q̄ habet facultatē exhibendi. Vnde sicut non tenetur quis recuperare perditam pecuniam ad subueniendum pauperibus, quāvis possit, nisi forte in extrema necessitate, nec tenetur procurare scientiam, quā requiritur ad corripiendum: ita nec tenetur resipiscere à peccato, ea ratione vt adimplat præceptū correptionis. Nec propterea est cuipiā cōmodū peccatum: nam cuicunq; salubrius esset agere in gratia, q̄ excusari ab aliqua lege Dei. At vero prælati quia ratione officij semper tenentur ad correptionem, re vera obligantur tales esse, vt suo exemplo & correptione prodesse possint: quare si sunt publici peccatores tenetur aut abire officio, aut taliter corrigi, vt frugi esse possint subditis.

¶ A D Primum argumentum responsum est in tercia conclusione. Probat enim illa testimonia prælatos auctius teneri præcepto correptionis, quām priuatos homines: nō tamen excipiunt quemquam ab illo præcepto. Vnde Augustinus. i. de ciuit. Dei. ca. 9. Ad hoc populorum præpositi constituti sunt in ecclesijs, vt nō parcant oburgando peccata. Nec ideo tamen ab huiuscmodi culpa penitus alienus est, qui licet præpositus non sit, in eis tamen quibus vietis huiusnecessitate coniungitur, multa moneda, vt arguenda nouit, & negligit.

¶ Ad secundum respondeatur, argumentum nō probare, q̄ non licet omnes peccatores corrripere, sed quod nō semper oporteat usq; ad denunciationem procedere, quando illi qui corrigitur non habent superiores prælatos qui bus conuincantur. Vnde, quando Papa secreta admonitione non emendatur, illic sistendū est, nī sit in crimen heresies: quia Papa nō potest denuntiari nisi quando potest accusari, vt notat glossa ca. Si Papa. 40. distinet. Item in correptione infideliū, si corripiantur de-

criminibus contra legem suā denunciādi sunt præpositis suis: si modo apud illos nō tertia fuerit fraternæ correptionis. Et hoc est quod dicit Paulus. Quid mihi de his qui fortis sunt iudicare? Ide est: Nos non possumus eos in iudicio cōpellere: nisi aut nobis infesti essent, aut nostra detinherent, aut essent fidei contumeliosi: at de infidelitate admonere illos licet; & increpare, & ad fidem pro viribus appellere: vt notatur ea. Infidelis. 23. quæstio. 4. Sed tamen de hunciarē illas vanum esset postquam cōpelli iuridicē non possunt ad fidem. Et eadem ratio ne meretrices & vslariorū publicos sanctissimum est corripere: immo præceptum, si sit spes emendare. Sed verba Augustini hoc solū sonant, vt principes impune permittant meretrices, ad evitandū maiora mala. Cū hæreticis verò, post secundam in omnitionem non licet disputare, nec conuersari, vbi fuerit periculum ac nos peruertant. Qui tamen certò sperraret hæreticū luerari, posset & deberet ipsum corripere. Sed cū excommunicatis, quāquām non licet cibū sumere, licet tamē correptionis gratia conuersari. Vnde idem Apostolus qui Corinthijs inter dixerat cū excommunicatis cibū sumere, admonet Thessalonenses: Si quis non obedit verbō nostro, hunc noctate, & nō commisceatini cum illo, vt confundatur: & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite vt fratrem. ¶ Ad tertium argumentum latè responsum est in quinta conclusione. Non enim argumentū probat, q̄ nō debant subditi corripere prælatos, sed quod debant id reuerenter præstare. ¶ Et eadem ratione responsum est ad quartum in sexta conclusione. Sed ad aliud De pœnitē. distin. 6. Potentissimum est crimen sacerdotū. &c. respōdetur, illud intelligi de sacerdotibus ministrantibus sacramenta in mortali: quod est mortale, nī forsitan quādo ministratur baptismus in extrema necessitate, citra solennitatem.

Q V A E S T I O Q V A R T A.



T R V M ordo Euangelicus fraternalē correptionis cadat sub præcepto.

¶ Ad partem negatiuam arguitur, quod non sit necessarium à secreta omnitione inchoandum. Deus, cuius nos vult Paulus imitatores esse, Ephesios quinto. occultos peccatores non inquam publice absque prævia omnitione castigat: vnde apostolus. i. ad Corinthios. 11. dicit propter occulta peccata,

& maximè indignè sumentum Eucharistiam infirmos esse multos, & dormire multos. Et sancti, ex quorum gestis coniçere oportet, qualiter sunt præcepta scripturæ sacræ intellegenda, vt inquit Augustinus lib. con. mend. sape leguntur publice denunciasse, quos ante secreto non admonueram : vt Joseph. Genes. 37. legitur accusasse fratres suos apud fratrem de crimen pessimo : & Petrus Actuū. 5. refertur, publice repræhendisse Ananiam & Sapphiram, qui occulte defraudauerant de pretio agri : in quibus locis nulla sit mentio de secreta monitione. & Leuit. 5. præcipitur vt qui audierit vocem falso iurantis, statim indicet crimen : vbi nec commemoratur, vt fiat aliqua monitio. Neque August. 22. quæstio. 5. ca. Hoc videtur. exponens illud præceptum, meminit de aliqua monitione, sed dicit indicandū esse occultum crimen illis, qui possunt prodesse, & non obesse; ergo nulla est necessaria secreta monitio ante denunciationem fraternalm. ¶ Et cōfirmatur argumentum ysu religiosorum, qui est, ut fratres proclamentur in capitulo quis nō fuerint secretō prēmoniti. Et secundo confirmatur. Grauior est accusatio, qua publica petitur punitio, quam denunciatio, qua sola intenditur emendatio fratris: & ante accusationem nulla est necessaria admonitio, sed sola inscriptio cause : vt habetur cap. Superbis, & cap. Qualiter & quando. else gundo. De accusat. ergo nec denunciationem fraternalm necessarium est, vt admonitio præcedat. ¶ Secundo arguitur, quod non oporteat post admonitionem testes ante denunciationem adhiberi. Aut enim peccatum est publicum: & tunc, vt dictum est, publicè arguendū est: nam quæ manifesta sunt, iudicium ordinem non requirunt. 2. quæstio. 1. ca. Prohibentur. Aut est secretum, quod tamē probari potest: & tunc non videtur opus esse nouis testibus, quia potest probari. At si peccatum est simpliciter secretum: tunc vel adducendi sunt testes ad probandum crimen præteritum: & hoc esset vanum: postquam probari non potest: vel ad obseruandum & capiendum peccatores si recidebit in futurum: & hoc apparet non esse licitum: quia, vt dicit Augustinus de verbis Domini, non debemus esse exploratores vitæ aliorum: ergo nullatenus, dum crimen est omnino secretum, ius est adhibere testes. ¶ Tertiò & principaliter arguitur. Augustinus in regula admonet vt prius præposito crimen ostendatur, quam testibus: ergo inductio testimoniū non debet antecedere denunciationem, sed vice versa.

Quæstio quarta.

¶ Quartò & postremò hæc omnia confirmantur. Obedientia quæ debetur prælato, præstantior est, quam iustitia quæ debetur priuatis hominibus: sed quandoq; prælatus interrogat subditum iure iurando occultum crimen fratris, ante admonitionem & inductionem testimoniū: ergo tunc tenetur, prætermisso ordine euangelico veritatem patet facere.

¶ In contrarium est præceptum euāgelicum, quo, vt suprà adnotauimus, explicatur ordo iuris naturalis in correptione fraterna obseruandus.

V. E S. T. I O hæc de ordine fraternalm correptionis præcipua est huius materiae: vt pote, quo servando aut antevertendo, ius & iniuria secreti tegendi consistat. Atqui, ordo correptionis, vt verbasonat Euāgelica, tribus membris constat: quæ sunt, secreta admonitio, testimoniū inductio, & fraternalm denunciatio: nam inobedientis excommunicatio, ad iudiciale spectat correctionem. Et vt de singulis perspicue dicamus, respondetur ad quæstionem osto conclusionibus. At illius in primis meminisse opus est, quod supra statutum fundamentum: videlicet, correptionis fraternalm eum esse finem, vt frater corrigitur & emendetur, sed accusationis & inquititionis finis est vt puniatur. Quare de crimen fratris distinguedum est. Aut enim publicum est, aut secretum.

¶ Si primum, tunc est prima conclusio. Pec-
catum publicum non in secreto corripiendum
est, sed publicè arguendum. Nam finis tunc
non est sola emendatio fratris, sed quo illi, qui
bus scandalum datum est occasio peccandi,
exemplum capiant, & terrore arceantur. De
quo peccatorum genere inquit Paulus. 1. Ti-
mot. 5. Peccantes coram omnibus argue, vt
& cæteri timorem habeant. & de poenitē. & re-
miss. cap. 1. Manifesta peccata non sunt occul-
ta correptione purganda. & 2. quæstio. 1. c. Si
peccauerit. Corripienda ipsa sunt coram om-
nibus, quæ peccantur coram omnibus: ipsave
rò corripienda sunt secretiū, quæ peccantur
secretiū. Distingue tempora, & concordabis
scripturas, scilicet, illam: Si peccauerit in te, cor-
ripe inter te, & ipsum. & illam: Peccante in cor-
ram omnibus argue.

¶ Sed conclusio primum intelligitur de pecca-
to publico, quod est notorium notorietate fa-
cti: quod videlicet nulla tergiuersatione celari
potest: nam alia, etiā si probabilia sint & infa-
mialaborent, non sunt continuo publicè cor-
ripien-

ripienda. At quis secundò intelligitur, nō solum de peccatis quæ sunt in præiudicium reipubli-
ca, aut tertiae personæ, sed de quibuscūq; quo-
modocunque scandalosis.

¶ At percontatur quispiam, an ad publicam
correctionem soli prælati teneātur: nam post
quam eiusmodi correctione non fiat gratia fra-
tris emendandi non est fraterna, atque adeo,
nec obligare videtur priuatós homines. Respo-
detur, priuatós etiam homines teneri publicè
reprehendere fratrem, in conspectu populi
delinquentem: quoniam præcepto charita-
tis non solum tenemur corripere fratrem, sed
succurrere scandalō aliorum. Hoc verum tamē
differt, quod prælati tenentur præcepto iu-
stitiae publicè corripere: priuati vero solum
præcepto charitatis. Quocirca hi non tenen-
tur ad publicam correptionem, nisi sicut ad a-
lia opera charitatis: vt pote quando id possunt
sine notabili detrimento præstare. Qui enim
timeret honori aut vītū suā, si coriperet quē-
piam publicè, tunc non astringitur: nisi for-
san dum peccatum grauiter lēderet honorem
Dei. Si enim sacrilegus homo impie blasphem-
aret nomen Dei, vnde offendiculum presen-
tibus obijceret contemnēdi diuinum nomen,
obligatus esset quicunque blasphemiam retū-
dere. Et ille est casus quo obligat præceptum
dilectionis Dei, & quandoq; cum periculo vi-
ta. ¶ Sed quanvis tenetur quisque notorium
peccatum scandalosum statim in facie repre-
hendere, nō tamen obligamur statim denun-
tiare iudici, quando non vergit in perniciem
publicam: quia multa licet quæ non expediūt.
1. Corint. 6. &c. 10. Quare peccata priuata cor-
ripienda sunt eo modo, qui melius conductit
ad emendationem fratris. ¶ Si vero peccatum
sit secretum, tunc subdistinguendum est. Aut
enim vergit in perniciem publicam, in nocu-
mentumve proximi. Et de hoc est secunda cō-
clusio. Peccata pernicioſa Reipublicæ, aut pro-
ximo statim denunciāda sunt. Probatur, quia
si sunt contra bonum publicum, illud præfe-
rendum est particulari, qualis est fama delin-
quentis. Et quanquam non sint nisi contra pri-
uatam personam, melior est in hoc condi-
tio iniuriam patientis quam inferentis: atque
adeo potius debemus consulere illi, denuncian-
do, quam huic tacendo. Moderantur tamen
doctores conclusionem hoc modo. Nisi fortè
quis firmiter estimaret, quod statim per secre-
tam admonitionem posset huiusmodi mala
impedire. verba sunt Sanct. Thom. 2. 2. quæ-
stio. 37. arti. 7. cui subscribunt Doctores theo-
logi. quart. distinet. 19. & iurisconsulti super

ca. Nouit. de indic. & super ca. Si peccauerit. 2.
quæſtio. 1. Nos tamen perspicaciter censemus
audiendam esse hanc moderationem. Nam
quando peccata sunt in perniciem publicam,
vt proditio ciuitatis, aut crimen laſe maiesta-
tis, aut hæresis, quæ rariſſime vſu venire po-
test, vt priuatus homo posset abundē succur-
rere huiusmodi contagionibus. Et ideo dicit
San. Thom. Nisi forte quis firmiter estimaret
&c. Atque adeo, non est qui debeat confidere
soli correptioni secretæ & priuatæ, nisi vir
forte magnæ autoritatis, & efficacij, cui com-
pertissimum esset, per secretam monitionem
posse penitus extinguere id genus flagitia.
Quapropter in proditione, vt plurimū, & hæ-
resi statim procedendum est ad denunciatio-
nem. Id vel maximè, si sit hæreticus dogmati-
zans, quales ferè sunt hæretici omnes. De qui
bus iustissimalex est, vt quæcum primum ab ip-
suis prævia admonitione denunciatur. Sed
quando peccatum secretum est in præiudicium
tertij priuati hominis, non imminet tantum
periculi si secrète corripiatur: vt cum secreto
nouilatronem, qui furatus est bona proximi,
satis est si de operam vt secrète restituat: aliás
teneor denunciare: modò id possem sine detri-
miento meo: quia solum ad id teneor ex præ-
cepto charitatis. Nec vetat quod quis iure curan-
do fidem secreti promiserit, quominus teneat
huiusmodi crimina manifestare.

¶ Sed quid si secrète scio Petrum insidias para-
re Paulo, quem certus est occidere, nec cohibe
re possum? Nam iurisconsultus quidam tem-
poribus nostris Maioricæ censebat in tali caſu
denunciandum esse, etiam iudici.

¶ Nihilominus respondeatur, quod dum crīmē
omnino est occultum, ita vt probari non pos-
set, denunciandum est illi, qui solum posset pro-
delle, & non obesse: secundum Augustinum.
22. quæſtio. ca. Hoc videtur. vt docte respon-
dit tunc dominus Adrianus: quia crīmē quod
probari non potest, nec per infamiam aut, per
indicia disquiri, iudicitanquam iudici denun-
ciari non licet. At vero in caſu posito, quo Pe-
trus parabat insidias Paulo, si nullo alio mo-
do ille qui sciebat, poterat illum amouere ab
homicidio, deberet certe denunciare Paulo,
vt ipse sibi prouideret: & Paulo licet denun-
ciare hostem iudici, tanquam iudici, vt se pro-
tegeret. ¶ Verum est tamen, quod in his cri-
minibus secretis & pernicioſis detegendis ca-
uendum est: vt quæcum minimo fieri posse
nō cumento famæ detegantur, si sunt secreta: vt si
damna publica aut priuata euitari possunt per
reuelationem in genere, non fiat reuelatio in

particulari. Et si fieri potest, non est reuelanda persona, si satis est reuelare crimen, aut alia via euitare illud. Sed si nullatenus euitari possunt grauiam damna, nisi reueletur persona, reuelanda est, nisi sit secretum sacramenti confessionis. Si tamen crimen probari potest quod est in perniciem publicam, denunciari potest judicialiter & accusari, ut dicemus quæstione sequenti.

¶ Sed dubium est, utrum clericis licet huiusmodi perniciosa crimina reuelare, maximè quādō est periculum effusionis sanguinis: ut putā si reueletur latro aut proditor, aut hereticus. Et videtur id non esse licitū, nam in concilio Toletano. 23. quæstion. 8. ca. His à quibus. & capitu. Clericus. & capitulo. Sententiam extra, Nē clericiv el monachī. prohibentur clericis sententiam sanguinis proferre: aut quoquo modo se immiscere iudicio sanguinis. Et quanuis, cap. Prælatis. De homicidio libr. 6. fiat illis facultas petendi emendam in seculari iudicio à malefacto ribus in causis proprijs, tamen non datur facultas in causis alienis proximorum.

¶ Respondetur cum Caetano. 2. 2. quæstion. 33. articulo. 7. licitum esse hoc clericis, etiam sacerdotibus: non solum quādō peccatum est perniciosum reipublicæ, sed quando est in detrimentum graue tertiae personæ, dummodo id faciant, protestantes, non reuelare huiusmodi criminosos petendo vindictam sanguinis: sed quod evitent damna. Nam quanquam in dicto capit. Prælatis. solum ex primatur facultas defendendi causas proprias, etiam cum periculo sanguinis, tamen iure naturali extenditur illa facultas, etiam ad causas proximorum. Quia licet ecclesia prohibeat clericis quæ licita essent laicis, ut venationes, tamen non censetur prohibere illa, ad quæ tenentur iure naturali & vnicuique iure naturali mandatum est de proximo.

3. Cœlusio ¶ At si crimen occultum solum est in malum peccantis, de hoc est tertia conclusio. Crimen secretum quod non est perniciosum nisi peccanti, ante denunciationem & ante testium inductionem, secretam onitione corripiendum est. Probatur conclusio: primò ex verbis euangelij Matthæi. 18. Si peccauerit in te frater, corripe eum inter te, & ipsum solum. quæ verba particulariter intelliguntur de huiusmodi peccatis. Vnde Augustinus loco sape citato sermone. 16. De verbis Domini, qui refertur. secunda quæstione prima. capitulo. Si peccauerit, Si peccauerit (inquit) in te frater, corripe eum inter te & ipsum solum: Quare? Quia in te peccauit. Quid est: In te peccauit? Tu scis quia peccauit. Quia enim secretum fuit quan-

Quæstio quarta.

do in te peccauit, secretum quare cum corrigis quod peccauit in te: nam si solus nosti quia peccauit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non eris corrector erroris, sed proditor. Quare illa particula In te: non est exponenda: Si te iniuria afficerit: (quæ est glossa interlinearis) sed intelligenda est, de omni peccato quod fit coram te, ut notauimus quæstione. 2. Vnde fabiungit Augustinus. Sic agendum est, non solum quando in nos peccatur, sed etiam quando peccatur ab alio, & altero nescitur. Nam quodcumque peccatum fiat coram me, est quodammodo aduersum me: quia mihi est offendiculum: vnde quoddammodo iniuria afficerit, quod peccator præsentiam meam non veretur. Et forsitan iste est sensu illius glossæ interlinearis: Si te iniuria afficerit.

¶ Et secundò, conclusio probatur ratione. Differit enim correptio fraterna ab accusatione & inquisitione: quia finis correptionis est emendatio fratris: accusationis vero & inquisitionis, punitio: ergo correptio eo modo fieri debet, qui melius conduceat ad eius emendationem: fama vero plurimum iuuat ut peccator resipiscat. vnde Hyeronimus: Seorsum corripiendus est frater, nē si semel pudorem & verecundiam amiserit, remaneat in peccato: ergo primum omnium tentandum est ut peccata, salua peccatoris fama, corriganter.

¶ Et confirmatur exemplo medici corporalis: qui quam minimo fieri possit dispendio, tenetur a groto mederi. Ut enim quis sanare posset sine abscissione membra, grauem inferret iniuriam abscondendo: ita qui fratrem corrigeret posset sine dispendio fauax, quæ pretiosum bonum est, iniustissimus esset diffamando. Quocirca, De accusatio. Qualiter & quando, secundo habetur. Et si tribus modis possit procedi: per accusationem videlicet denunciationem, & inquisitionem: tamen, ut diligens adhibetur omnibus cautela, nē forte per breve compendium ad graue dispendium veniat: sicut accusationem legitima debet præcedere inscriptio, sic & denunciationem charitativa monitio, & inquisitionem clamosa insinuatio præuenire. Et secunda quæstione septi. capitulo. Accusatio prima. excommunicantur qui sacerdotes ante charitatiuam monitionem lacerare aut accusare præsumperint. ¶ Sed mouentur circa hanc conclusiō nem dubia nonnulla. Primum aduersus distinctionem inter peccatum illud quod est in perniciem publicam, & illud quod priuatim cedit in malum peccatoris. Est argumentum: Omnia cuiuscunque generis peccata videntur.

Membri secundi,

videntur offendere bonum publicum: nullum enim est peccatum quod non sit in scandalum & malum exemplum fratribus: ergo vniuersa deberent statim denunciari.

¶ Multum refert hic seire quae peccata dicuntur in perniciem publicam: & pro hac materia correptionis & pro materia accusationis, & præsertim pro materia inquisitionis: nam sunt qui putant omnia peccata esse in perniciem publicam. Respondetur ergo, quod illa solo peccata censentur in præsentiarum & in sequentibus in perniciem publicam, quae habet pro obiecto proximo bonum publicum: putat quae ex genere suo contagiosa sunt & contaminant rem publicam: ut heres & proditio[n]es: nam huiusmodi homines peruertere moliuntur populum. Item ambitio & subornatio suffragiorum in cathedris & in alijs electionibus: & in vniuersum quando quis in aliquo conuentu aut ciuitate satagit peruertere fratres. Hæc enim sunt quae statim sine admonitione, si sit periculum, sunt denuncianda & accusanda. Item compilatio ætrarij publici: crimen læse maiestatis. Sed adulterium, homicidium, & simplex furtum, non sunt propriæ in perniciem publicam: quia sunt aduersus priuatæ personas, & ideo huiusmodi peccata vocabimus in præiudicium tertij. Latrones vero publici, qui vias publicas obſident, iij censentur in rem publicam peccare: nempe quorum animus est quoscunque de populo occidere & deprædar[re]. Sed fornicatio & gula & similia sunt omnino priuata. Ex quo sequitur ad intelligentiam dicendorum, quod peccatum publicum, uno modo dicitur ut distinguitur contra secretum, ut supradiximus: alio modo ut distinguitur contra priuatum: quia scilicet sit in perniciem publicam.

Secundum dubium. ¶ Alterum dubium est, vtrum secreta admonitio in huiusmodi peccatis priuatis debeat semper necessariò præcedere in quocunque peccato quomodounque occulto, quamvis sit notum pluribus; aut de illo sit infamia. Nam videtur non esse necessaria quando peccatum est pluribus notum, sed tunc licet esse statim corripere coram alijs qui sciunt crimen, postquam tunc non violatur fama proximi. ¶ Respondetur, quod quanvis peccatum sit plurimis notum, non est statim coram alijs, etiam scientibus, argendum: nam quanquam non latetur fama, latitur tamen pudor & verecundia proximi, cum reprehenditur in præsentia plurium. Obidique experientum est prius, an per secretam admonitionem frater corrigatur. Quod ego note in

Quæstio Quartæ.

37

illis verbis Augustini, secunda quæstione prima. capit. Si peccauerit. Fortè quod scis & ego scio: non tamē oram te corripi: quia curare volo, non accusare. Vbi docet, quod nec coram illo qui scit, corripiendus sit in principio frater.

¶ Tertium dubium est. An quando ego solus noui crimen fratris, liceat ante quam illum adinoneam id patefacere amico illius qui commodius quam ego possum eum corripere? Videatur nanque hoc esse licitum postquam cōfert ut facilius frater corrigatur.

¶ Respondetur quod nullo modo sine extrema necessitate licet crimen occultum fratris ante admonitionem, quantuncunque cordatus simo & eius amicissimo detegere. Sunt enim qui ignoranter putant non diffamare fratrem, quando amico illius secretò reuelant occultius peccata: cum tamen optarem ego peccata mea nota esse tribus aut quatuor, quam vni grauissimo & mihi coniunctissimo viro: sane cuius bonam de me estimationem pluris facio, quam si quatuor alii bene de me opinarentur. Sed quando illi qui scit crimen non patet accessus ad fratrem qui est in peccato, aut compertissimum illi esset suam admonitionem nihil profuturam, tunc licitum esset alteri insinuare, qui id utiliter faciat. Atqui, consulerem ego tunc & prælato primū id tanquam patri insinuaretur, dum tamen ille esset qualem oportet esse prælatum: ut putat, qui prodesse possit, non obesse fratri. Nam postquam in correctione fraterna tamē procedendum est usque ad denuntiationem quæ sit prælato, optimè consultur famæ fratris, si quando est necessarium, soli prælato denuntietur. Et in hoc casu consentirem cum Richardo in quart. distinctio. 19. articulo quarto, quæstione prima: vbi ait quod ante secretam monitionem potest fieri denuntiatione prælato tanquam patri: atque adeo quod prælatus potest ad id compellere subditos. Consentirem (inquam) calu quod subditus certissimus esset nihil profuturam suam admonitionem: alias protectio in justitiam faceret, qui ante monitionem denunciaret prælato: nam fama subditi apud prælatum magno aestimanda est: & ideo sine extrema necessitate non est prodigenda. Nec prælatus potest ad id compellere: imo in visitatione debet monere, ut occulta peccata non denunciantur, nisi prævia admonitione. Et Augustinus in regulâ quanquam dicat, ante inductionem testimoniū denunciandum esse fratrem prælato tamē patri, non tamen id permittit ante monitionem.

C 3 hem:

usio nem. ¶ Quarta conclusio. Si secreta admonitione corrigitur frater, ita ut nullum sit reliquum recidendi periculum, illic sistendum est. Quapropter cautè legēdus est Richardus in loco modo citato, vbi dicit, quod quamquam frater sit correctus per secretam admonitionem, denuntiandus est tamen pralato, vt obseruet ipsum à reciduo. Intelligitur enim dum correctus adhuc manet in periculo verisimili: alias nullatenus denuntiandus est, postquam corrector consecutus est finem correctionis: quia lucratus est fratrem: iuxta illud Si te audierit, lucratus es fratrem tuum: vbi infinitatur illic esse sistendum. Quare iniuria est fratrem emendatum denuntiare.

¶ Cœlusio ¶ Quinta conclusio. Quando frater secreta monitione non corripitur, tunc adhibendi sunt unus aut duo testes antequam denuntiatur pralato. Conclusio hæc omnibus concorditer est receptissima: quia est in euangelio: non tamen omnes eodem sensu eam intelligunt: sunt enim duas opiniones, vt meminit Sancti Thom. 2.2. questio. 33. arti. 8. ad primā. Dicunt quid. in quod quando peccatum est occultum in secundo gradu, vt diximus ante priam questionem huius secundi membris, vt putat, quando plures sciunt per quos iuridice probari potest: tunc habet locum ordo euangelicus, & adhibendi sunt testes in correptione, non quidem noui, sed illi quibus alias non tuin est crimen. Sed quando peccatum est omnino secretum vt pote quod solus scit ille qui admonuit, tunc non sunt adhibendi testes, nec de illo loquitur Euangelium. Quare siue frater corrigitur secreta admonitione, siue non illic sistendum est quo adusque sint aliqua indicia vel testes per quos conuincatur. Quam opinionem sustinet Durandus quart. distinctione. 19. questione quarta: sed ante tenuit illum Alt. libro. 3. tracta. 25. capitulo secundo. unde desumpsit eam Durandus. addit tamen quod poterit tale peccatum secretum sine testimonio inductione reuelari pralato in secreto tanquam patri qui possit prodesse & non obesse. Subscribunt huic opinioni nonnulli canonistæ. Quæ opinio fundatur in argumento quod secundo loco possumus ante questionem. Enimvero, quando peccatum est omnino secretum, aut adhibendi sunt noui testes ad probandum præteritum crimen: & illud est vanum, postquam probari non potest: aut ad obseruandum peccatorem, si in futurum reciderit: & hoc est iniuriosum: quia (vt dicit Augustinus) non debemus esse exploratores alienæ vitæ. Imò tunc (dicit Duran-

dus) magis esset secundum charitatem indicandum illi qui possit impedire, quam illi qui possit capere peccatorem in delicto. Nec potest dici (inquit Durandus) adhibendos esse testes ad probandum, quando denuntiatur, quod frater fuit prius admonitus: hoc enim esset sine fructu. Nam quando denuntians non probat crimen per testes criminis, vanum est probare se admonuisse: quia non potest tunc iudex procedere ad punitionem, vt statim dicatur sumus. ¶ Et secundo arguit Durandus. Quia si, dum crimen est omnino secretum, quis addit testes, exponit pericolo talionis: nam reus potest illum conuenire de infamia: & ideo puniendus est, si non probauerit crimen.

¶ Et vltimo nos arguimus in gratiam illius opinionis. Nemo habet ius diffamandi proximum ipso inuito, nec propter eius bonum spirituale: sed qui reuelat crimen illis qui non norunt, quodammodo diffamat fratrem: ergo illud non licet. Probatur maior. Nullus habet ius nocendi proximo in bonis temporibus, propter bonum spirituale: licet enim nulli rapere bona proximi, ne illa alea & scorbutatione dilapidet: sed fama pretiosius bonum est quam exteræ facultates: ergo nec ius est laedere famam proximi, quo arreatur a peccato. ¶ His veruntamen non obstantibus, opinio est Sancti Thom. loco citato, & Richar. & Palud. in quart. distinctione. 19. & Gabriel. in cano. lectu. 74. & Caeta. & Theologorum quos ego viderim præter Durand. & Altissi dorensem, quod quinta conclusio debet intelligi, etiam de crimen quantuncunque occulito, & Adrianus idem sentit. Et puto, si oculates res inspiciatur, neutquam posse recta ratione inservi, quin debeat adhiberi testes noui in crimen occulto, si modò speretur emenda. Et probatur primo ex verbis Euangelicis: vbi nihil distinguitur de hoc aut illo peccato, sed in uniuersum præcipitur: Si te non audierit, adhibe unum aut duos testes: unde subinde consequitur, vt non solum quando peccatum est probabile, sed quotiescumque peccator secreta monitione non corrigitur, sint adhibendi testes. Imò vero expresse loquitur euangelium de peccato secreto nam de eodem peccato de quod dixerat: Si peccauerit in te fratér (id est te solo sciente, vt dicit Augustinus) subiungit: Site non audierit, adhibe unum aut duos testes: ergo dicere quod de peccato secreto sit necessaria admonitio, & tamen quod non licet post admonitionem tunc inducere testes, est negare formam Euangeli.

¶ Et secundo id probatur: quia verbum ipsum,

sum, adhibe, hoc designat quod est, nouos testes adiunge: ut quod tu solus noueras, plures sciant. Nam re vera non dicerentur adhiberi ad cognitionem rei illi, qui anteā nouerāt. ¶ Et tertio arguitur. Salus spiritualis proximi multò est præstantius bonum quām fama: ergo quando salus spiritualis recuperari non potest sine detimento famae non solum licet, sed magnoperè expedit iacturam facere famæ proximi, pro eius salute spirituali. Si cut medicus nihil aliud quām operæ pretiū facit dum membrum ægrotō secat, quo vitam seruet. Eò vel maxime, quod qui pertinax est in peccato, jus quodā in odore famæ perdit, saltē ut testes necessarij adhibeantur.

¶ Et confirmatur hæc ratio. Si quispiam aurissimus morti mallet, quām dispendio parvæ pecuniae seruare vitam, posset quicunq; furtim ab illo capere pecuniam, qua vitam eius seruaret: ergo potiori ratione licet famā proximi postponere saluti eius spirituali: quā nobis Christus redemptor noster tantoperē cōmendatam esse voluit.

¶ Quartò & postremo probatur, quod inducitio testimoniū in Euangeliō præcipiatur, quando peccatum est omnino secretū. Nam ratio illius ordinis procedendi, ut explicat omnes doctores, est ut ab uno extremo in aliud non procedatur, nisi per medium: ut videlicet cognitio paulatim diffundatur ad plures: sed si non liceret adhibere testes, nisi illos qui peccatum nouerāt, tunc vix potest intelligi, quo modo trāseat ab uno extremo in aliud per medium: ergo ordo ille intelligitur in peccato secreto: ut quod unus solus scit, non denunciet in publico ecclesiæ, nisi prius id paucioribus patefaciat.

¶ Et confirmatur: quia ille ordo præcipitur iure naturæ, ut quām minima fieri potest iatura famæ corrigitur frater: ut scilicet prius diffameretur apud paucos, quām apud multos: si autem non liceret inducere testes nisi illos qui iam nouerant, non videtur quomodo diffamatur prius frater apud paucos: quia apud illos qui nouerant, non diffamatur de novo. Et hæc omnia confirmātur auctoritate Augustini in regula: ubi ait. Si autem post admonitionem iterum, aut alio quoque die, id ipsum eum facere videbitis, iam veluti vulneratum sanandum, prodat quicunque hoc potuerit inuenire, prius autem alteri aut tertio demonstretur, ut duorum vel trium possit ore conuinci: demonstrare autem, sonat reuelare alijs qui nesciebant peccatum proximi: er-

go peccatum omnino occultum licet reuelare illis, quibus erat occultum. Sed respondet Durandus, quod Augustinus non intelligit reuelandum esse crimen, sed petulantiam oculorum, quæ disponit ad crimen: de qua præmisserat, ut statim admoneretur frater nè male copta progrediantur. Hæc tamen solutio non satisfacit verbis Augustini. Primo, quia Augustinus præsupponit, quod post secundam aut tertiam admonitionem petulantia oculorum, iam censetur frater vulneratus: id est, peccati reus. Et tunc dicit esse demonstrandum alijs per quos cōuincatur, scilicet de peccato. Et secundò id patet, per exēplum quod adducit de vulnera corporali: ut quemadmodum hoc reuelandum est, nè putrescat in corpore, ita & illud reuelandum est, nè putrescat in anima, dum tamen sit pēdens in faturum. Et tertio manifesta est intentio Augustini, in verbis subsequētibus, scilicet. Et hoc quod dixi de oculo non figendo, etiam in cæteris inueniendis, prohibendis, indicandis, iudicandisque peccatis, diligenter & fideliter obseruetur. Ecce non dicit solum in occasionibus peccatorum, sed in cæteris peccatis indicandis obseruetur, ut post admonitionē testimoniis demonstretur. Non potest ergo dubitari, quin sint adhibendite testes quantuncunque sit secretum crimen, modo sit aliqua spes correctionis & emendationis fratris: ut ait Sanctus Thom. 2. 2. quæstione. 33. articul. 81. & Paulus. quar. distinctione. 19. quæstione quart. nam si nulla penitus esset spes, fateor nec esse adhibendostestes, imo nec esse denunciandū, nec admonendum fratrem, nisi peccatum esset perniciōsum Reipublicæ, aut tertiae personæ, ut diximus quæstione secunda. Sed tamen, quā quam frater non emēdetur per secretam correctionem, non subinde desperādum est, quoniam in emendari possit per testimoniū inductionem: nam adhibitis testimoniis, aut confundetur frater, & emendabitur, aut metuens ne capiatur in crimen, cautiū viuet. Et præterea, mitiū fortè tentabitur de peccato: nam aduersarius noster diabolus debiliū tentat, quādo plures sunt qui fratrem custodiāt. Verum est tamen, quod non satis est semel admonere secretò antequām testes adhibeantur: sed secundò aut tertio: ut notatur in verbis Augustini: Iterum vel aliquo quoque die: non tam est necesse expectare tempus longissimum, sed ad arbitrium boni viti admonitio fieri debet, quoad iam non sit spes emendare, nisi per inductionem testimoniū.

¶ Quapropter ad primum argumentum cōtrariæ opinionis respondetur, quod quando peccatum est omnino secretum, testes sunt adhibendi, tribus de causis, ut notat San. Thom. mas loco citato articul. 8. ad tertium argumentum. Primo, si forte frater dubitat illud quod facit, esse peccatum, ut potest contingere in contractibus usurarum, tūc, ut dicit Hieronymus, adhibendi sunt testes, ut ostendatur illud esse peccatum. Secundo, si sit periculum iterationis peccati, adhibendi sunt testes qui peccatorem obseruerūt. Vnde illud Augustini in cōtrarium, ne simus exploratores vite alie næ, intelligitur quando nullam frater dedit causam, ut eum obseruerūt; aliā cūm crīmē fratris notum est cui piam: per cuius monitio nem non emendatur, ille dat causam ut iuste deinceps obseruetur. Quod Augustinus dicit in regulat mōdō dicebamus. Tertiō adhiben disunt testes, ut dicit Chrysostomus, ut dum correptor denuntiat p̄lato crimen, si non potuerit probare crimen, saltem probet se ad monuisse illum. Nec illa denunciatio tunc est vana, ut arguit Durandus. Nam, quanquam tunc iudex, ut statim dicemus, non possit iuridice condemnare, debet tamen reum secretō reprehendere, & admonere se vigilaturū esse deinceps ad capiendum eum in crīmē: ut, vel hoc iuste saltem arceatur.

¶ Ad secundum argumentum Durādi, negatur quod qui fraternaliter adhibet testes, aut denuntiat, periculum subeat talionis. Nam huiusmodi denunciator euangelicus non obligatur probare crimen. Et in hoc differt ab accusatore, ut notat egregiè San. Thomas. 2.2. quæstio. 68. artic. 2. ad tertium argumentum, quia denunciator euangelicus non petit pœnam denuntiati, sicut accusator pœnam accusati. Et ad tertium, quod nos adiecimus, respondetur, q̄ nemo habet ius nocendi alij in bonis temporalibus propter bonum spirituale, quando de se, & ex natura rei priuatio bonorum temporalium non est medium ad bonum spirituale. Sicut capere bona proximi non est de se medium, ut proximus non fornicetur: sed reuelare crimen fratris ad emendationem illius, est medium ex natura rei ordinatum ad illud: & ideo illud est licitum: si cut inter arguendum dicebamus, licere capere pecuniam proximi ad emendum medicinam necessariam ei, non obstante eius auaritia. ¶ Sed notandum est circa hanc conclusionem, quod non sunt adhibendi statim duo testes, sed prius unus, deinde alter: ut si forte

Quæstio quarta.

frater corrigatur adhibito uno teste, non diffametur apud duos. Et hoc est quod dicitur in euangelio: Adhuc vnum aut duos testes: id est, prius unum, &c., si non sufficerit, deinde alterum. ¶ Sexta conclusio. Si correptio coram testibus fratrem corrigere nō sufficit, denuntiandus denum est p̄lato. In hac conclusione nulla est controvērsia: quia expressa est in euangelio. Sed id solum est adnotandum, ut intelligatur conclusio, quando aliqua est spes emendationis, nec timetur maior peruersio fratris. Quod quæstione secunda adnotandum aduersus Panormit. qui capitu. Nouit. De iudic. in ea est opinione, ut non sit cessandum à denuntiatione, quanvis timeatur potius indulatio fratris, quam speretur emendatio. Ait enim nihilominus denuntiandum esse, ut ceteri in eum habeant, nam in euangelio præcipitur ut habeatur tanquam ethnicus qui non audit p̄latum: & est sermo de illo quidem denuntiandus est fraternaliter: & 23. quæstione quart. capitu. Est iniusta. habetur, non esse indulgendum facile peccatori, ne facilitas vénie incentivum tribuat delinquenti. His tamen non obstantibus dicendum est cūm San. eto. Thom. 2.2. quæstio. 33. articul. 6. quod quia fraternalis correctionis finis est emendatio fratris, omnia disponenda sunt quod utilius ad finem illum conferant. Ob idque ubi cunque omnino perditur spes emendationis, cessandum est à correctione, nisi crimen sit perniciōsum reipublicæ, ut dictum est. De quo loquitur Ambros. in dicto capitulo. Est iniusta. vel loquitur de correptione judiciali, quæ procedit ad punitionem. Veruntamen quanvis frater nec secretō, nec coram fratibus admonitus emendetur, non est continuo desperandum quoniam emēdetur, per denuntiationem. Primo, quia verba p̄lati plus pōderis habent in correptione: vnde timor augetur subdito, ut caueat in futurum. Et secundō, quia p̄latus oculatius vigilabit super fratrem, & instantius orabit Deum pro perditā oue. Et ideo Christus in euangelio præsupponit quod nunquam est desperandum, quo usque frater denuntietur & admoneatur à p̄lato.

¶ Sed restat nunc tandem videre, quid p̄latus facturus sit, aduersus subditum denuntiatum, an liceat illi pœnaliuris infligere. De hoc sit septima conclusio. P̄latus quando subditus fraternaliter denuntiatur, non habet ius plectandi statim subditum pœna iuris, quanvis crimen idoneis testibus proba

6. Cōclusio

7. Cōclusio

ptobari possit. Probatur. Finis correptionis fraternalis est sola emendatio fratris: ergo omnia prius tentanda sunt, ut frater sine correptione judicialiter corrigatur. Quocirca prætus debet denuntiatum subditum admonere prius secrētō, maximē si crimen probari non potest, quando videlicet solus denuntians, illud scit. Admonere (inquam) prius leniter si videtur expedire; deinde minis admonēdo, quod explorabit deinceps eius vitam. Et si indicauerit expedire, poterit admonere coram patribus. Adhibere tamē verbata neutiquā licet. Imo, quanquam crimen possit probari testibus, si subditus promittit se corrigerem, non licet ipsum punire. Est tamen differentia, quod quando crimen non potest probari, tunc nec prælatus potest subditum iuridice interrogare: quando tamen potest probari, tunc potest & ipsum interrogare tanquam pater. Et si subdito constat, quod prælatus habet testes sufficentes aut indicia, tenetur cōfiteri crimen tā quam patrī: sed nec tunc confessum licet pœnū iuris plectere, si proponit se corrigerem. Probat: quia in Euāgeliō non præcipitur, quod habeatur pro ethnico, nisi quando Ecclesiam nō audierit: ergo, si Ecclesiam audierit, nec est excommunicandus, nec subinde alia poena plectendus. Licitum erit tamen huiusmodi cōfessum caedi flagello fraternaliter: non ad punitionem præteriti, sed ad terrorēm in futurū. Cauent ergo prælati præcipites esse & imprudentes in processu fraternali: nam quādo crima non sunt pernicioſa rei publicae aut contagiosa, aut emendatio non fuit judicialis, non sunt judicialiter punienda. Sed quid si frater non emendatur? In hoc casu est octaua conclusio. Si crimen idoneis testibus probari non potest, nec sit infamia, nec indicia sufficientia ad inquisitionem, tunc prælatus nihil aliud facere potest, quām orare pro subdito, & admonere illū, & expectare dum sint indicia ad inquirendum, aut testes ad conuinendum delictum. Cauet tamen ne per viam id sacramenti confessionis sacrilegus inuestiget. Si vero crimen idoneis testibus probari potest, tunc, vt reor dislingendum est: nam nulla speratur emenda fratris, sed potius maior peruersio timetur, puto cestandum esse, nec procedendum ad punitionem, dummodo peccatum solum noceat peccatori. Ita dicit Caieta. 2.2.q.33.artic.8. Et credo id verum esse si denuntiatio est fraternalis: nam tunc omnia agenda sunt propter solam emēdationem fratris. Secūs si esset judicialis. At si non spera

tur emenda fratris, tunc aduersus pertinacem procedendum est via iuris. Et in hoc articulo definita via correptionis fraternalis, & incipit via iudicialis: secundum illud: si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Quare tunc est prælato in carcerē retrudere subditum pertinacē, & iuridice interrogare sub cēsuris, & quæſtione si opus fuerit tormentorū: & tandem confessum poena iuris damnare.

¶ Inno.ca.Nouit. De iudi. in principio ait, q̄ si peccatum est occultū, debet priuatim prosequi mandatum Euāgelium: & tādē in priuato debet peccator haberi pro ethnico & publicano. Vnde nōnulli canonistæ sumperunt occasio nem opinandi, q̄ ante cōprobatum crīmē debet quisq; peccatore in occulto habere p̄ ex cōmunicato. Nihilominus, quod ad correctiōnem attinet fraternalē cōpertissimum est, q̄ frater nō potest excommunicari quoadusq; fuerit inobediens Ecclesiae, & probatū fuerit iuridice crīmē. Nec aliquis tenetur euitare p̄ximū, quoadusq; fuerit excommunicatus. Et vtrunq; habetur expresse cap. Multi. & cap. Nemo. 2. q. 1. Possunt tamē generaliter excommunicari occulti peccatores qui dama dederunt: vt habetur cap. Si sacerdos. De officio ord. Et de illis intelligit Innoc. q̄ sunt in occulto habendi tanquam ethnici: licet iam modō post concilium Constantiense non teneamus euitare, n̄ si nominatim excommunicatos aut manifestos percussores clericorum.

¶ Sed dubium egregium est circa hanc ostauam conclusionem. Vtrum quando iam prælatus procedit ad punitionem, possit denuntians fungi officio testis. Et videtur id non esse licitum: nam contra ius naturæ est, vt idem sit accusator & testis: sunt enim distinctæ personæ. Respondeatur, probable esse denuntiantē fraternaliter posse esse testem, cū finito processu fraternali, incipit forum iudiciale. Hoc videor mihi intelligere in verbis illis Euāgelicis. Si te non audierit, adhibe tecū vñ aut duos testes, vt in ore duorum vel triū stet omne verbum. vbi quod dicit, Vt in ore duorum: refertur ad primam partem. Adhibe tecū vñ: & quod addit: Vel triū refertur ad illud: Vel duos. Vnde video in hī recte colligere, quod denuntians connumeratur alijs testibus: vt vñ deliceat cum vno faciat duos, & cum duobus faciat tres. Ethoc habetur expresse. ca. In omni. De testi. scilicet, quod dicens veritatem, id est, denuntians, cum vno facit duos testes, & cum duobus facit tres, & inducit Papa Euāgelica verba. ¶ Et confirmatur ratione.

C 5 Nam

Nam processus fraternalis, & iudicialis sunt diuerbi. Quapropter, qui fuit denuntians fraternaliter, non est à iudicali testimonio repellendus. Hoc dixerim probabilitate, vt ostēdam saltē in criminē prauitatis hereticæ, nihil fieri contra ius si denuncians recipiatur in testem: quanvis in alijs priuatis delictis non esset forte adeò consulendum: quanquam etiam tunc sit licitum. ¶ Vnde ad argumentum conceditur, quod accusator & denūtians iudicaliter, quia petit poenam rei, cōtra ius naturę admittetur in teste, & maximè in causa propria. Secūs est de denuntiante fraternaliter, qui solum ex charitate denuntiat: & propter opus charitatis non est arcendus à testimonio.

¶ Ad primum argumentum respondeatur, quod Deus qui est scrutator cordium, omnia peccata quantūcunq; occulta habet tāquam publica: & ideo potest illa punire, sicut iudex humanus potest statim punire publica. Et quanquam idiūstē possit facere, tamen propter suam misericordiam neminem punit, nisi præmonitum interius per inspirationes.

¶ Et Ioseph forsan admonuerat secretò fratres: quanquam, vt textus scripturę insinuat, crimen fratum erat iam commune & publicum inter eos: nam pluraliter legitur, quod accusauerit fratres suos. Et postremo non est necesse excusare factum iuuensis, qui forsan zelo non secundum scientiam accusauit fratres.

¶ Petrus verò reprehēdit Ananiā & Sapphiram authoritate Dei, cuius nūtu peccatum eorum nouerat: vt dicit Sanctus Thom. 2.2. citata artic. 7. Expediebat enim in primitiua Ecclēsia sacrilegia quanvis occulta publice puniri: saltem ex speciali iuslī diuino: vt, velilla ratione, religionem venerarentur. Vnde legitur quod postquam reprehēsus Ananias cecidit, & expirauit, factus est timor magnus super omnes qui audierant. Tametsi (quātum coniūcio) peccatum Ananiæ, vt putā venditio agri, non potuit adeò latitatē, quin rumor, & infamia veniret ad aures Petri, & illo iure interrogaret Ananiam.

¶ Ad illud Leui. quinto. qui audierit vocem iurantis falso, reuelat. respōdetur illud intelligi, seruato ordine correctionis fraternalē. Et idem præsupponit Augustinus in dīcto capit. Hoc videtur. Et maximē quia præcipue intelligitur illud de periurio, quod sit in iudicio in præ iudicium tertij: quod reuelandum est illi qui possit prōdēsse, & non obesse.

¶ Ad primam confirmationem de vsu religiōrum, respondeatur, q; de leuibus culpis quæ

Quæstio quarta.

nullatenus vergūt in infamiā, vsus est proclamare fratres sine prævia monitione. Neq; illud est propriè denūtiare, sed reducere illas leues culpas in memorię fratris, de quibus præsumitur, ipse se accusaret, si haberet in memoria. Sed quādo culpæ sunt graues, has nō licet proclamare sine prævia monitione. Voco graues, nō solum illas quæ sunt peccata mortalia, sed quæ sunt contrafamam, aut honorem proximi. Quare, si quis intraret domos suspectas, non esset illico proclamādus sine prævia monitione, vt est exemplum in regula Augustini de oculi petulantia. ¶ Ad secūdam confirmationem negatur consequentia. Non enim necessariò requiritur admonitio in accusatione, sicut in denuntiatione, quod amplius explicabimus quæstione sequenti. Nam accusatio procedit ad punitionē, quanquam frater sit emendatus: denuntiatio verò fraterna cessat, si frater sit emendatus per admonitionem. Et ideo, sicut ante denuntiationem requiritur admonitio, ita ante accusationem requiritur inscriptione, vt suprà citatum est ex cap. Qualiter, & quando. secundo. De accusa. ¶ Ad tertium ex verbis Augustini respōdetur, quod quāquam ante denuntiationem quæ sit prælatō tanquam iudici, necessarium sit prius adhibere testes quibus reus conuincatur, tamen consilium est antequām aliquis testis inducat, vt crimen reueletur prælatō tanquam patri. Et ratio est, vt suprà nos diximus, q; a correptio fieri debet quā minima fieri possit iactura famæ: & cum, si testes non sufficient, denuntiandum est peccatum prælatō, consilium est vt ante testes denuntietur prælatō, tanquam patri: vt si forte frater correctus & emendatus fuerit à prælatō: excusetur dissimili apud testes. Quare, illa littera Augustini, quam aliqui legunt duabus negationibus, scilicet, Nē forte possit secretiū correctus non innotescere cæteris: forte legenda est vñica negatione, vt legit Erasmus, scilicet, Nē forte possit secretiū correctus innotescere cæteris. Sed vt rolibet modo legatur, sensus est. Si forte possit secretiū correctus, non innotescere cæteris. Hoc tamē documentum Augustini non est præceptum sed consilium. Qui enim existimaret commodius per aliū, quām per prælatum posse corrigerē fratrem, iuste reuelabit prius alteri.

¶ Ad ultimum argumentū respondeatur, quod quando prælatus interrogat subditum de occulto criminē, præter ordinem iuris, subditus nō tenetur obediēre. Nam obediēre Deo magis oportet, quām hominibus. Actuum. 5. Nec præla

prælatus est iudex occulторū Sed solus Deus.
Sed de hoc latius in tertio membro. Ethac de correptione fraterna.

QVÆSTIO QVINTA.



T R V M accusatio non nunquam sit in præcepto.
¶ Ad partem negatiuam arguitur. Accusatio est delatio rei ad vindictam: sed in Euangelio Matthei. 6. præcipimur di-

mittere peccata debitoribus nostris, si nostra nobis volumus à Deo dimitti: & Paulus Roma. 12. Non vosmetipso defendetis (aliás vindicantes) charissimi: sed date locum iræ: ergo nemo tenetur fratrem accusare.

¶ Secundò. Si accusatio esset virtus & præceptum, nemo esset, quin ab illo exciperetur: sed multi repellentur ab accusatione: vt late patet 2. quæstio. 7. per totam quæstionem: & excommunicati & infames accusare non possunt: nec subditi maiores suos: ergo accusare non est in præcepto.

¶ Tertiò arguitur. Accusator obligatur criminē probare: alias pœnam subit talionis: sed nemo obligatur subire tantum pérículum, si vult cedere iuri suo & remittere debitum: ergo accusatio nunquam est in præcepto: sed satis est ut sit licita. ¶ Sed in contrarium est illud Ieu. 5. Si peccauerit anima, & audierit vocem iurantis (scilicet falso) quod ipse vidit aut conscientia est, nisi indicauerit, portabit iniuriam. Quod præceptum, quia morale est, manet in nouale ge, tanquam de iure naturæ.



N prima quæstione huius mētri distinximus in genere inter denuntiationem, accusationem, & inquisitionem, & ratione finis: & ratione virtutis. Quia denuntiatio est officium charitatis ordinatum propter bonum priuatæ personæ: reliqua vero sunt ratione iustitiae, propter bonum publicum. Iam vero modo opera præmium est singula in particuli amplius explicare.

¶ Quatuor genera denuntiationum notantur. Doctores decretorum capitu. Nouit. De iud. &c. 2. quæstio. prima. capitu. Si peccauerit: quæ sunt, Euangelica, judicialis, canonica, & regularis. De Euangelica satis dictum est quo fine & ordine fiat. Denuntiatio judicialis est duplex. Publica: qua iudex ex officio per de-

nuntiationem suorum officialium procedit: vel ad multandum reum pœna fiscalis, vel alia pœna arbitria. Priuata, quæ est manifestatio criminis, qua quis prætendit resarciri sibi damnum acceptum, & se in pristinum statum restitu. Et differt inter denuntiationem iudicialem & Euangelicam: primò, ratione finis. Nam finis Euangelica est emendatio trahis, vt pœnitentia: sed finis judicialis est bonum denuntiantis, vt delinquens satisfaciat. Et secundo in ordine. Nam illa procedit ordine Euangelico sine strepitu iudicij: & propterea radicitur Euangelica: sed judicialis procedit in scriptis: & forma iudiciali, & propterea dicitur judicialis, & tenetur denuntians probare criminē, hec et quandoq; judicialis procedat, nihilominus de plano, id est, sine strepitu judiciali. Differt tamen denuntiatio judicialis ab accusatione: primò, quia denuntians non intendit vindictam publicam, & punitionem denuntiat propter bonum publicum, sed solum suum intereste, in quo per iniuriam lœsus est. Accusator vero petit vindictam publicam, quæ infligitur propter bonum commune. Quare iudex denuntiatum judicialiter, non potest punire tota pœna legis, sicut tenetur punire accusatum. Et, vt ex nominibus ipsis naturam utriusque explicemus, denuntiatio est mera manifestatio criminis, sine aliqua actione: qua, scilicet, denunciatur crimen prælato, vt ipse ex officio faciat quodvisum ei fuerit secundum ius. Sed accusatio est delatio criminis cum actione, quia iudex petit & compellitur punire reum. Quare denuntiator non dicitur actor sicut accusator. Quod sit, vt denuntiatio locum habeat, ubi actio esse non potest: quod potest contingere tripliciter atrautratione personæ, que agere non potest: aut ratione iudicis, qui non est directus: aut ratione criminis, quod lege permittitur. Exemplum primi. Seruus qui non potest agere in iudicio, potest tamen denuntiare iudicii aperitatem, & sequitiam domini, vt ipse ex officio compellat dominum, aut inihi agere secum, aut vendere: vt habetur Inst. de his qui sunt sui vel alie. iur. 5. Sed & maior. Eadem ratione religiosi quando agere non possunt aduersus prælatos, possunt eos denuntiare: vt non tantum doct. cap. inlinuante. Qui de vel mo. Exemplum secundi. Quando iudex secularis non seruat iustitiam, potest quisque illum denunciare papæ: ad cuius officium spectat de quo cuncti peccato mortali corripere quemlibet christianum: vt dicit papa. capit. Nouit. de iudi. vbi Rex Franciæ denuntiatus est papæ de crimine, quod commiserat aduersus Regem Anglia.

Quatuor genera denuntiationum.

Denuntiatio judicialis.

Angliae. Et è conuerso iudex Ecclesiasticus potest denuntiari principi seculari, ad reprimendam eius vim per iniustum iudicium. Nam secularis princeps ius habet repellere divim, à quo cunque illatam. 23. quæst. 2. cap. Regum. Exemplum tertij. Quia vñsura lege impune permittitur, accusati non potest vñsurarius; tamen potest denuntiari, vt iudex ex officio admoneat illum ad restitutionem. Et eadem ratione, quādo quis decepit alium citra dimidiū iusti pretij. In his ergo casibus non est propriè accusatio, sed denuntiatio, id est, mera manifestatio criminis, vt iudex ex officio emēdet erratum. Accusatio verò fieri nō potest, nisi ab illo qui potest agere directè. Quanquam, & qui agere potest, & coram proprio iudice, potest quandoque mere denuntiare sine accusatione.

Denuntiatio canonica.

Tertia est denuntiatio canonica; quia à iure canonico inuenta est, & est manifestatio criminis, non ad vindictam publicam, sicut accusatio, nec propter proprium interesse, sicut denuntiatio iudicialis, sed qua coerceantur crimina, nè ultra procedant. Sed hæc vix profectò potest distingui à denuntiacione fraterna: nisi dicamus, quod denuntiatio fraterna est illa sola, quæ procedit ad solam emendationem fratris, propter bonum suum: sed canonica est illa qua proceditur ad evitādum damnum publicum, aut priuatæ personæ: vt cùm quis denuntiat prælatum, aut habentem beneficiū, vt priuetur officio aut beneficio: quia est pernicious plebi. Et secundum Innocentium in dicto capit. Nouit. quando denuntiat crimen quod est in perniciem publicam, aut præiudicium tertiaæ personæ: non solum ad emendationem illius, sed vt evitetur aut resarciantur damnum: tunc est denuntiatio canonica: quæ quidem denuntiatio non est fraterna: nec est iudicialis, quia non petitur proprium interesse: nec propriè est accusatio, quia non petitur omnino vindicta legis. Sed tamen conuenit hæc denuntiatio cum fraterna in hoc: quia requirit præiuiam admonitionem vt notant doctores loco citato.

Denuntiatio regularis est illa, quæ sit in religionibus secundum constitutiones & regulas diuersas diuersarum religionum: siue sit iudicialis, propter proprium interesse: siue canonica propter bonum commune. Et ideo dicitur regularis, quia in religionibus non necesse est seruare totum ordinem iuris. ¶ Præter has notifications criminum, dicitur propriè exceptio: quando alicui obijcitur crimen ne eligatur ad dignitatem: aut quando obijcitur accusatori, vt repellatur ab accusatione: vt habe-

Quæstio quinta.

tur capit. Super his. De accus. Hæc adnotauerim, ne theologi ignorantia prorsus horum non minum laborent. Nam theologi non tractant, nisi de denuntiatione fraterna, & accusatione, & inquisitione: sed reliquas denuntiations, præter fraternam generali nomine appellant accusationem: cuius ignorantia decipiuntur multi. Quanquam accusatio, si proprie definitur, est delatio rei de crimine ad vindictā, propter bonum publicum: vt colligitur à Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 68. Sed doctores vtriusque iuris, vt notat Syluester in verbo: accusatio, dicunt accusationem etiam posse fieri propter bonum priuatum: sicut denuntiationem, & cōuerso, propter bonum publicum. At verò, si naturam rei inspiciamus: in accusatione per se & primò, intenditur vindicta publica per pœnam legis, ad terrorem populi: quod est ordinari per se in bonum publicum. Sedin denuntiacione per se intenditur, aut proprium interesse, si sit iudicialis: aut cohibito peccati, vel evitatio damni, si sit canonica, licet de per acci dens quandoque sequatur vindicta & punitio publica.

i. Cōclusio. HIS prænotatis respondetur ad quæstionem sex cōclusionibus. Prima. Quicunque tenetur eum accusare, cuius crimen est in perniciem publicam, & potest idoneis testibus comprobari. Quæ peccata vergant in perniciem publicam, superiori quæstione declaratū est. Conclusio est Sanct. Thomæ loco citato, & Alexand. 3. par. quæst. 42. membro. 1. & denique theologorum. 4. dist. 39. & canonistarum cap. Nouit. De iud. Probatur conclusio. Unicuique mandatum est de proximo suo: vt habetur Eccles. 17. & præsertim unicuique lege naturæ incumbit cura boni communis: sicut membra corporis naturali instinctu sese objiciunt periculo capitis: ergo quando bonum publicum periclitatur, vñusquisq; tenetur per uersores accusare. ¶ Summa Ang. in verbo, accusatio: negat quenquam teneri accusare proximum: quia in causa propria nullus cogitur accusare, vt statim dicemus: sed in causa publica satis est denuntiare crimen, vt evitetur damnum: nec opus est accusare petendo vindictam. ¶ Ad hoc respōdetur dupliciter. Primo, quod Sanctus Thomas, & theologi generali nomine accusationis comprehendunt omnem denuntiationem, præter fraternam. Et ideo quam Sum. Ang. vocat denuntiationem, theologi vocant accusationem: atque adeò non est contradic̄tio nisi solo nomine. Atqui, vt superiori quæstione dictum est: concedimus quod quacunque alia via quis abunde possit prouidere

Membri secundi,

dere bono communi, non tenetur accusare. Secundo respondetur, quod potest esse crimen adeo perniciosum adeoque manifestum aduersus bonum publicum, ut quicunque tenetur, non solum denunciare, sed accusare, tanquam actor: non solum ad evitandum damnum, sed ut peccatum puniatur poena legis propter exemplum. Nam quanquam in causis priuatis nullus accusare posse, nisi illius interest: tamen in causa publica quicunque potest accusare: ut patet per Extraugant. Ad reprimendum. ¶ Quod si quis arguat contra hanc conclusionem: ut dicebamus tertio arguimento principali. Nullus tenetur graui suo periculo alium accusare: accusator vero, si deficiat in probatione, subest periculum talionis: & posset nonnunquam ex malitia testimoniū sine culpa sua deficere: ergo nullus tenetur cum tanto periculo accusare. ¶ Respondetur, quod nullus tenetur accusare nisi crimen quod possit probare, ut asserit conclusio. Et qui bona si de accusat, non tenetur ad poenam talionis, licet deficiat in probatione: ut dicit Sanctus Thomas. 2.2. quæst. 68. articul. 4. ad. 1. Vnde elicetur documentum, ut qui fraternaliter denunciant, aut ad obuiandum malo communi, protestentur se non accusare, sed simpliciter denunciare: ut si defecerint in probatione, non subeant periculum talionis. ¶ Secunda conclusio. Nemo tenetur accusare quenquam de iniuria sibi propriæ illata. Quâquam id nihil minus licitum sit. Prima pars probatur primo ex illo Matthæi. 6. Nisi dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester dimittet vobis delicta vestra. Vbidatur consilium remittendi iniurias: tantum abest ut eas aut accusare, aut vlcisci cogamur. ¶ Et confirmatur iure imperatorio C. Ut nemo in iugis agere vel accusare cogatur. l. vñica. Tametsi Bartolus. l. In eum. ff. De accus. notet textum. l. si quis homicidij. C. eod. titul. vbi videtur compellendum esse nonnunquam auctorem ad accusandum. Et. ff. De his quibus ut indignis. lege auferuntur. adnotatur ut haeres occisi hominis causam homicidij persecutatur; alias abeat haereditate. Sed, quicquid sit de foro exteriori, in quam messem falcam non mittimus, tamen in conscientia nullus tenetur quenquam de propria iniuria accusare, nisi pernicioſissimum forsitan hominem: ut putat, publicum latronem, propter bonum publicum. In quo casu videtur loquilex illa citata à Bartolo. Si quis homicidij. Imò nec constringitur quispiam denunciare iuridice, ad recuperandum damna quæ accepit: nempe, cum illa quisque possit remitte-

2. Cœlūsio

Quæstio quinta.

45

re & cōdonare; nisi forsitan quis est et adeo pauper, vt non posset alere & sustentare familiam suam, nisi repetendo bona per iniuria sibi ablatam tanta tunc debet ea repetere.

¶ Secunda pars conclusionis: vide licet quod quicunque possit accusare reum de iniuria sibi illata, probatur. Nam accusatio & vindicatio iniuriarum authoritate publica, est actus virtutis iustitiae; actus vero virtutis, si debitum ornetur circustantijs, nunquam est prohibita. Verum est tamen, consilium esse Euangelicum non accusare: nam accusatio non debet procedere ex odio: quod tamen quām rarissime abest accusatori. Qui tamen absque odio petit vindictam legis, nihil aliud exercet, quā iustitiam.

¶ At, dubium est quinam sint illiqui accusare possunt: & primo de clericis, quo iure prohibeantur accusare in causa sanguinis.

¶ De quo sit tercia conclusio. Clericis solo iure humano prohibentur iudicare, aut quomodo tunc agere eausam sanguinis. Probatur. Nam iure naturæ eadem est clericis conditio cum laicis. Nempe, ut priuata authoritate neminem occidere possint, possint tamen via iuris proprias iniurias, & repellere & vindicare. Nec in sacra pagina locutus est expressus, quo prohibeantur clericis iure diuino iniurias publica authoritate vindicare. Nam illud prima Tymothei tertio. Oportet Episcopum sine crimen esse, non violentum, non percussorem: non plane pertinet ad hoc propositum. Primo, quia Apostolus non videtur loqui de clero percussore authoritate publica: sed loquitur de percussione, quæ fit ex ira authoritate priuata. Debent enim in hoc clerici excellere laicis. Et ideo coniungit illa duo: non violenatum, non percussorem: quia ex violentia suboritur ira. Secundo, quia quanquam Paulus illuc prohiberet clericis effusionem sanguinis authoritate publica, non continuo sequitur, illud esse propriæ præceptum diuinum. Duplex enim potest distinguiri præceptum in Epistolis Apostolorum. Uno modo tanquam positum immediate à Deo, cuius authoritatè loquitur Apostolus: & illud propriæ est præceptum iure diuino. Alio modo, quod sit præceptum vel admonitio ipsius Apostoli, sua propria authoritatè loquentis. Quæ duo genera præceptorum distinguuntur ipse Apostolus primæ Coriathi septimo. His qui matrimonio iunctis sunt præcipio, non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere, & virum uxorem non dimittere: nam ceteris ego dico, non Dominus: Siquis frater uxori

rom

rem habet infidelem, & hoc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Ecce vero rem à viro non discedere, est proprium præceptum diuinum: sed virum fidelem non dimittere ex ore rem infidelem, est preceptum humanum Pauli. Et illa admonitio Pauli de honestate Episcoporum: sicut multa alia, sunt huius secundi generis, quæ proinde non propriè sunt de iure diuino, sed largo modo. ¶ Sed secundò arguitur, quod si de iure diuino: saltem quod clerici non sint iudices in causa sanguinis. Nam Christus redemptor noster quanvis potuerit, etiam in quantum homo, accipere quancunq; voluisse potestatem & iurisdictionem orbis, tamen reuera non accepit nisi potestatem spirituali, & eam temporalem quæ erat necessaria ad finem redemptionis: ut putà potestatem corrigendileges seculares, si essent contra fidem & bonos mores: & multandi reges, si exorbitarent à fide: non tamen assumptam potestatem secularem ad discernendas causas ciuiles & criminales, vt in De potestate ecclesia stica, latius tractant doctores rationabilius sententes. Et hoc est quod dixit. Regnum meum non est de hoc mundo: vbi non negauit se habere regnum orbis, etiam in quantum homo: sed negauit habere regnum, quale habent principes seculares: & qualem ipse habuit potestatem, talem reliquit Ecclesiæ: ergo iure diuino videtur prohibitum esse clericis ius dicere in causa sanguinis. ¶ Respondetur, quod argumentum forte probat, potestatem Ecclesiasticam, quam Christus reliquit Ecclesiæ, non extendi ad causas sanguinis: nisi forsitan vbi necessitas fidei exigeret, vt bello propugnaretur: nam tunc clerici possent pugnare, secundum illud Luc. 22. Qui non habet gladium vendat tunicam, & emat gladium. Sed tamen argumentum non satis probat, quod clerici non possint iure diuino vt alia autoritate quam Ecclesiastica: vt putà, quod non possint esse duces aut praetores in causis sanguinis. Colligitur ergo solo iure humano canonico interdictum esse clericis exercere causam sanguinis: vt habetur in concilio Toletano. capitul. His à quib. 23. quæst. 8. & capit. Clericis. & capitul. Sententiam. Né cle. vel mo. secular. negotijs se immisceant. & eodem iure imponitur poena irregularitatis clericis percussoriis: vt habetur in capit. Presbyterum. de homicidio voluntario, & in multis alijs: nam in sacra pagina nulla talis poena legitur. Vnde Sanct. Thom. 2.2. quæst. 64. articu. 4. non fundat hanc prohibitionem clericorum in aliquo iure naturæ, sed solum duabus congruentijs. Prima, quia

sunt electi ad altaris ministerium, in quo representatur passio Christi, qui cum percuteretur non repercutiebat. Secunda, quia clericis committitur ministerium nouæ legis, in qua non determinatur poena occisionis, vel mutilationis corporalis. Quæ quidem conditiones non conueniebant sacerdotibus antiquæ legis: atq; adeò illis non erat interdictum exercere causas sanguinis, eo modo quo clericis nouæ legis. ¶ Ex hac conclusione sequitur: quod Papa & Ecclesia potest dispenses pro causa rationabili cum clericis, ne sint excommunicati, aut irregulares propter percussionem: atq; adeò omnino dispensare, vt quæcunque occiso licita secularibus, vel in bello, vel in iudicio posset, etiam licite & sine peccato exerceri à clericis. Habemus ergo, quod clerici accusare non possunt, petendo vindictam sanguinis, nec in causa propria, nec in causa publica. Possunt tamen, vt diximus in superiori quæstione, denunciare crimina: non solum in causa propria, sed quando peccatum est in præindictum publicum, aut tertiae personæ: & etiam si sit per culum effusionis sanguinis & homicidij: modo id faciant, protestantes, se non petere huicmodi vindictas, vt citatum est suprà capitu. Prælatis. De homicidio voluntario, eodem libro. 6. ¶ Notandum est præterea, quod. 2.2. quæst. 7. per totam habetur, qd laici non possunt accusare clericos, nec clerici laicos, nisi in certis casibus, nec subditi possunt accusare prelatos, nec heretici Christianos. Et ff. de accu. c. Qui accusare habetur, quod infames & publici peccatores accusare non possunt. Quæ lex recipitur iure canonico. 2.2. quæst. 1. capitu. Prohibentur. Sed hæc omnia sunt de iure positivo, pertinentia ad forum exterius: & ideò non est theologi illa examinare. Sed satis est hic adnotare circa subditos, quod solum prohibentur in iure accusare prelatos ex odio: nam si faciant ex charitate, licite faciunt: vt docet Sanct. Thom. 2.2. quæst. 68. articu. 1. ad. 2. Sed circa infames & excommunicatos, iam ad notauimus superius differentiam, quod à denunciatione fraternali, quæ est propter emendationem fratri: nullus repellitur. ¶ Sed dubium est quando crimen est in per- Dubium. niciem publicam, vtrum etiam infames possint accusare. Videtur quod sic: nam illud est in præcepto vt diximus in prima cōclusione: & à præcepto, nullus propter culpā suam expellitur: alias commodum reportaret ex culpa. ¶ Respondetur, quod nullo modo infames sunt admittendi, etiam in illo casu, vt dicit Sanctus Thomas, loco citato ad primum argu

Membri secundi,

4. Cōclusio

argumentum; sed tamen in tali cassu possunt, & debent denuntiare crimina iudicii (quod ait illic Caieta,) vt ipse faciat, quod ex officio debitum sit ei facere. ¶ Sed quātum ad formam accusationis est, quarta conclusio. Accusatio debet fieri in scriptis. Hæc habetur in iure canonico. 2. quæst. 8. capit. Accusatorum. & cap. Qui crimen. Et. ff. De accusat. Si cui. Quare illud non est præceptum naturale, sed solum politium. Nihilominus est ratio congrua huius, quæ sumitur ex differentia inter denuntiationem & accusationem: maxime fraternalm aut canonicam. Quia in denuntiatione non petitur vindicta: quare, nec denuntiator propriè est actor, nec pars aduersa, denuntiator: sed prælatus & denuntiator ambo intēdunt emendare fratrem: aut evitare malum publicum. Sed in accusatione, quia accusator petit vindictam, constituitur actor pars aduersa reo: & iudex est medius inter ambas partes. Quare, actor tenet p̄ obare quicquid obiicit reo. Et inde fit, vt cum iudex non possit omnia tenere in memoria: expedit, vt accusatio scripto proferatur, vt si defecerit in probatione, punia tur de calumnia: vt habetur in dicta. I. Si cui. Quod & in denuntiatione judiciali est etiam quandoque necessarium. Tametsi, vt habetur capit, leuia, ff. De accusat. de leuibus peccatis possit fieri accusatio de plano, id est, solo verbo, sine strepitu iudicii: vt exponit Bartol. in Extraug. Ad reprimendum.

Dubium.

¶ Sed dubium est circa formam accusationis, vtrum sicut denuntiationem Euangelicam: ita judicialem accusationem necessarium sit, vt secreta admonitio antecedat. Nam Sanct. Thom. in 4. dist. 19. quæstio. 2. artic. 3. duas recitat opin. primam quæ tenet partem affirmatiuam; alteram quæ tenet partem negatiuam. Et Syluest. in verbo Accusatio. §. 3: existimat Sanct. Thom. consentire cum opinione affirmativa. Sed profecto verisimilius videtur consentire cum negatiua, vt pote quam recitat se cundo loco. Durand. 4. distin. 19. quæst. 4. dicit, quod in foro exteriori non exigitur vt admonitio præcedat, nec hoc petit iudex: sed tamē in foro conscientiæ, tam in accusatione quātum in denuntiatione requiritur admonitio: nam Euangelium nihil distinguit inter denuntiationem & accusationem. Sed Caietanus. 2. 2. quæst. 33. articu. 7. dicit, quod quando accusatio solum est licita, non tamen in præcepto, tunc prærequiritur admonitio: sed quando est in præcepto, non est necessaria.

¶ At vero alia forte ratione melius dissoluetur hoc dubium. Primum, in foro exteriori nun-

Quæstio quinta.

47

quātum exigitur ab accusatore an prius admonuerit, sed solum vt causam inscribat: iuxta illud. Sicut denuntiationem admonitio, ita & accusationem inscriptio præcedere debet. ca. Qualiter & quando. De accusat. Sed & in foro conscientiæ statuerim regulam generalem: quod quotiescumque quis habetius accusandi, eodem iure potest, sine prævia admonitione statim accusare. Probatur. Accusationis finis est vindicatio & punitio criminis, sine respectu ad emendam: cum tamen admonitio solum fiat ad emendationem in futurum, colligitur vt qui habet ius accusandi, non astringatur admonere: quia potest accusare, quanquam crimen iam cessaerit. Est nihilominus nonnunquātum consilium admonendi ante accusationem, verb. grat. quando crimen est in perniciem publicam, tunc si certissimus ego sim, posse me satis succurrere illi malo per admonitionem meam, debeo ad monere ante accusationem: alias si sit periculum in mora, teneri statim sine admonitione accusare aut denuntiare. Sed in causa propria, ybi tamen non est præceptum accusandi (quanquam Caietanus oppositum insinuat) non est dubium, quin possim statim accusare illum qui occidit patrem meum, sine aliqua monitione. Nam quanquam homicidā pœnituerit delicti, possum nihilominus iuste petere poenam capitis. Licet esset forte consilium remittere iniuriam: & admonere illum vt restituat damnum: & tunc cessare ab accusatione. Imò in causa aliena priuata: vt si scirem aliquem esse latronem aut fornicarium in conuentu: essentque legitimi testes: possem forsan statim accusare sine admonitione, si vellem subire periculum probandi. Licet in hoc casu posset forsan sustineri opinio Caieta. Videlicet, quod deberet præcedere admonitio: atque adeo, emendato fratre, non esset procedendum ad accusationem. ¶ Sed de iniqua accusatione statuitur quinta conclusio. Tria sunt accusationis vitia, calumnia, prævaricatio, & tergiuersatio. Conclusio est iuris canonici. 2. quæst. 3. cap. Si quem pœnituerit. & iuris civilis. ff. Ad senatus consul. Turpi. l. Accusatorum. Calumniarienim est falsa crimina scienter intendere. Prævaricatori est vera crimina abscondere. Tergiuersari est in vniuersum ab accusatione desistere. Nam, vt Sanctus Thom. 2. 2. quæst. 68. articul. 3. sapienter exponit, bifariam accusatorem peccare potest: aut contra reum, impoenendo falla crimina: & illa est calumnia: aut contra bonum publicum, ne criminofus puniatur: & id dupliciter: aut abscondendo

5. Cōclusio

vera

vera criminis: quae est prevaricatio, aut recedendo ab accusatione, quae est tergiuersatio.

¶ Ex hoc sequitur, quod quanvis calumnia in quoconque iudicio sit peccatum, tamen prævaricatio & tergiuersatio solum sunt iniuriae, & peccatum ubi quis tenet accusare: putat quando crimen est in perniciem publicam: nam tunc iniuria sit bono publico: si accusans iuuet accusatum, vel desistat ab accusatione: sed in causa propria integrum est cuicunque desistere ab accusatione. ¶ Sequitur secundò, quod ubi nulla est malitia, nulla est calumnia nec in iuria. Vbi enim qui bona fide quempiam accusavit de crimen, quod putabat esse crimen, nulla est calunia: tametsi ratione rei accepta, tenetur nonnunquam famam restituere. Et in hoc casu bona fide, intelliguntur verba dicti capituli: scilicet. Si quem poenituerit accusare de eo quod probat non potuerit, si cum accusato innocentem conuenerit, in uicem se absoluunt. At qui notandum est, non solum adesse calumniam ubi est accusatio de falso crimen, sed præterea, ubi est accusatio de occulto. Nam quod crimen prebari non potest: pro falso reputatur in iure. At prævaricatio contingit duobus modis: aut dissimulando proprias probationes, aut falsas excusationes admittendo.

Vnde prævaricator dicitur, quia deflectit in partem aduersam: qui avaricare, id est quod deflectere: & eadem ratione prævaricatio dicitur alio nomine collusio: instar ludentium, quando alter sociorum iuuat partem aduersam. Et hoc vitium potest cadere in actorem, aduocatum, procuratorem, & scribam. Et paria dicantur de tergiuersatione. Et contingit hoc vitium siue accusator deflsat propter pecuniam, aut propter aliam causam, nisi deflsiteret ex metu cadente in constantem virum. ¶ At cum quis accusat de propria iniuria, & punitio non est necessaria ad bonum publicum, tunc integrum ei est, aut desistere, aut persequi accusationem. At verò his non obstantibus, potest princeps iusta de causa abolere accusationem: vt si ille qui petitur poena capitali, est dux præcipuus, vel alijs valde necessarius Reipublicæ: vel si certos fecit falsum esse crimen de quo accusatur. Potest (inquam) tunc, aut in principio refutare accusationem, aut postea abolere: siue accusatio sit de iniuria publica, siue de priuata: dummodo alia via restituantur damna, & fiat sine scandalo. Sed tamen inferior iudex non habet talis potestatem. ¶ Sexta & postrema conclusio. Calumniator qui in probatione defecit, reus est poena talionis. Conclusio est utriusque iuris. 2.2. quæst. 3. cap. Calumniator. & ca.

Quæstio quinta.

Qui non probauerit. & ff. De abolitio. I. 1. & I. Mulier. & I. Quæstum. Et sancta est haec lex instar legis veteris. Exo. 21. Oculum pro oculo, dentem pro dente: & Deut. 19. Cumq; diligentissime perscrutantes, inuenient falsum testimoniū dixisse contra fratrem suum mendacium, reddent ei sicut fatri suo facere cogitauit. Non tamen subiit de sequitur, vt multi libiferunt, legem talionis esse de iure diuino. Nam vt saepissime admonere solemus, tota lex vetus prorsus cessauit in passione Christi secundum illud Hebr. 7. Translato sacerdotio, necesse est vt legis traslatio fiat: ubi non distinguitur inter præcepta moralia, aut cæteralia, aut iudicia. Quare omnia cessarunt, quantum ad vim quam habebant à lege antiqua. Obidique argumentum huiusmodi hoc antiquitus obligabat de iure diuino: ergo nunc obligat de iure diuino: nihil aliud est quam haereticum. Sed est differentia, quod præcepta moralia, quia sunt de iure naturæ: aut præcepta sunt iterum in noua lege, sicut decalogus, aut iure ipso naturali obligant. Iudicia vero quanquam cessauerunt, tamē possunt modo institui iure positivo in lege noua, ad exemplum veteris legis. Sed cæteralia, quia erant figura nouæ legis, non possunt iam modo iterato institui, nec ad imitationem illorum. Ad propositum ergo. Quanquam sit ius naturæ, quod qui proximum falso accusat poena aliqua puniatur, tamen quod talis poena reus sit qualis intendebat infligere, hoc erat in veteri lege iudiciale: & ideo iam non est de iure diuino, sed iure positivo institutum est, ad imitationem illius: vt S. Tho. dicit in simili de quota decimarum. 2. 2. quæst. 87. Soluere enim decimas in stipendia clericorum est de iure naturæ, sed tamen talem quotam soluere erat antiquitus iudiciale, & ideo modo est de iure humano, posito ad imitationem antiquæ legis. ¶ At verò quantum ad legem attinet talionis, illa, vt author est Arist. 5. Ethic. cap. 5. ortum habuit à Pythagoricis, secundū dūillud Rhadamathi: Si quæ fecit patiatur & ipse, rectum fuerit iudicium. Quod tamen temperat Aristoteles, dicens. Talionem, id est, repassionem, non iuste fieri secundum a qualitatem. Vt si princeps plebeium percutiat, non est iustum repercutiatur ipse: & si plebeius percutiat magistrum, non iatis est vt ipse simili modo percutiat: sed debet fieri secundum analogiam, seruata ratione & proportione personarum, &c. Vnde quanvis dicta lex talionis in scripta sit in duodecim tabulis sub titu. De iniurijs, tamen prætoris clementia reuocata est: vt refert Gellius libr. 20. no. att. & meminit Iustinia

Iustinianus Institut. de iniur. §. Poena. Vnde iā ferè non est in vſu poena talionis. Et in regno nostro Castelle, ſolū decernitur poena talionis in teſtem, qui falſum teſtimoniū dixērit in cauſa capitali; vt iubetur. l. Tauri vltima. & Christus Redemptor noſter Matth. 5. annotauit illam legem talionis tanquam acerbā. Dentem pro dente, oculum pro oculo, atque adeò datam aduersus malitiā Iudæorum. Tam etiā illic nō reuocauit legem talionis, vt aliqui putant: nam ſolū illic dedit Christus conſilium condonandi & remittendi iniurias: quod ſolū eft präceptū quantum ad präparationem animi tempore necessitat̄.

¶ A D primum argumentum rēpōſum eſt in ſecunda cōcluſione. Difmittere enim peccata debitoribus eſt präceptum, in hoc ſenſu, q̄ non debemus nos vindicare autoritatē priuata, ſed tamen non petere vindictam authoritatē publica: id ſolū eſt conſiliū, vt modō dicebamus. ¶ Ad ſecundū rēpōſum eſt in tertia cōcluſione: vbi explicuimus, qui, & qua ratio ne repellantur ab accusatione. ¶ Et ad tertīū rēpōſum eſt in prima & vltima cōcluſionibꝫ: vbi diximus, q̄ qui bona fide accusat: licet deficiat in probatione, nō ſubit poenā talionis.

Q V A E S T I O S E X T A .

VT R V Minquifitio occulti peccatoris nulla präcedente infamia fit iusta. ¶ Ad partem affirmatiuam arguitur: Quæcunque ſcripta ſunt ad noſtrā doctrinā ſcripta ſunt. Rom. 15. ſed Iosue. 7. legimus inquifitionem diuina au toritate factā de Achā anathemate nulla präcedente infamia, aut personæ aut delicti: nempe qui ſecretō abſconderat de hofili präda pallium coccineum: qui ſorti niſſa per tribus inuentus eſt & lapidatus: Et numeri. 5. lex eſrat, vt ſi ſpiritus zelotypi concitasset virum contra vxorem ſuam, cuius adulterium late ret, nec teſtibꝫ comprobari poſſet, tunc vir uxorem afferret ſacerdoti, & celebratis certis cæremonijs, ſierat in peccato, putrefiebat ei fœmur: ſin autē fœcūdabatur cōcepta prole: ergo licita eft iure diuino nulla präcedente infamia, inquifitio criminis.

¶ Secūdo. Diuus Grego. quæſt. 1. ca. Quidam maligni, excommunicauit quēdam occultum diffamatorē, qui libellum famofum in publicum ediderat: präcipiens vt huiusmodi diffamator, quicūq; ille eſſet, proderet ſe: aliaſ ſentētia excommunicationis ſubiaceret, cum ta men nulla antecelsiſſet infamia personę, ergo

licita eft iure canonico huiusmodi inquifitio: nulla infamia reclamante. ¶ Et tertio arguitur. Prælati ex officiō debet & ſolent generaliter inquirere, certis temporibꝫ ſubditorum ſtatū & mores: quāuis nulla laborent infamia. ¶ Et confirmātur id tādem, quia prælati vt habetur Ezechiel. 3. & 33. eo dicuntur ſpeculatoriſ, quod debet vigilare ſuper gregem, & ſuo rum mores explorare: ergo ſine clamore & infamia obligantur inquirere errata ſubditorū. ¶ Sed in contrarium extant decreta Innocen tij, extra de accuſationibꝫ. ea. Cū oporteat. & ea. Inquifitionis. & ea. Qualiter & quando. el ſegundo. vbi ſtrictē cauetur, nē inquifitio personæ, niſi präceſſerit infamia & clamorofa inſtruatio, villo modo fiat. Et idem habetur ea. licet Heli. extra De ſimonia. & capit. Deus omnipotens. 2. quæſt. 1.

Post correptionē Euāgelicam & iudicialem accusationē, conſequitur tertio, vt de inquifitione dicamus. Et p̄ter alias differentias, hoc etiam diſſert intet hās tres vias cognitio nūm, quod correpcio & denuntiatio Euāgeliā omnibus in vniuerſum incumbit, tam ſubditis quām prælatiſ: accuſatio vero ſolis ſubditis: ſed inquifitio ſolū prælatiſ. Vnde inquifitio eft inuētigatio, aut criminis, aut peccatoris occulti: quæ fit à prælato. Et autores decretorum in dicto ca. Qualiter & quando. diſtinguunt (quæ ſua eft consuetudo) plura ge nera inquifitionis: ſed ſatis eft duas adnotare. Alia eft eīn inquifitio generalis, alia vero ſpecialis. Generalis eft, quia prælati ex debito offi ci, visitantes prouinciam, aut conuentum, diſquirunt vitam ſuorum & mores, an ſeruentur leges & institutioēs. Et dicitur generalis, quia nec nominatur persona, nec crimen de quo in quiritur: ſed in genere, vtrū ſit qui crimedali quod admiferit. Inquifitio vero ſpecialis eft, quia in particulari & nominatim inquirit certa persona, aut de certo crimen: vt vtrū Petrus ſit in aliquo delicto vel, qui nā perpetrauit hoc homicidium: vel, vtrū Petrus hoc homicidium fecit. ¶ Atqui ſpecialis inquifitio fieri poſteſt, aut ad poenā: vt cum inquiritur ad uersus quemplam ad priuandum eum officio vel beneficio: aut ad inſtigendum aliam poenā poſtiuam. Aut ſieri poſteſt non ad poenā, ſed ad uitandum errorem aut dannum ali quod: vt cum inquiruntur merita personæ, nē aſſumatur indignus ad dignitatem: aut, cum inquiritur, ſit ne aliquod impedimentum con trahendi matrimonij. Atq; adeò, inquifitio ſpecialis, quia intendit poena, ortu in habet ſemper ab aliqua denuntiacione canonica;

D quæ

quæ sit, vel à priuata persona, vel à publico officiali: nempe à fiscalis, aut syndico.

¶ His præhabitibus respondetur ad questio-
nem. **1. Cœlacio** quatuor cœlacionibus. Prima. Inquisitio specialis, qua intenditur poena delinquentis, fieri nequit, nisi infamia & clamorosa insinuatione præcedenti. Conclusio receptissima est omnibus, tam theologis quam iuris vtriusq; peritis: sanè quia expresse habetur in decretis omnibus citatis in contrarium questionis. Expli- catur conclusio. Quanvis quispiam denuntiet prælato crimen subdit, & sint duo aut plures testes iurati cōscij criminis, prælatus (nisi tanq; actor accusauerit) nec punire potest poena publica, nec procedere ad inquisitionem, nisi infamia præcesserit, aut clamorosa, insinuatio. Verba sunt expressa dicti capituli. Inquisitio nis. Et intelligitur, q; non potest eum punire, nisi post fraternalē admonitionem rebellis extiterit; nam tunc, quia non audit ecclesiam puniri potest: vt diximus questio. 4.

¶ Et probat papa conclusionem in capitulo. Qualiter & quādo. testimonij diuinis vtriusque testamenti. Primò ex illo Luc. 16. vbi habetur, q; post quā villicus diffamatus est apud dominum de iniqua villicatione, tunc dominus vocavit eum, & interrogauit, quid est hoc quod audio de te? redde rationē villicationis tuae. Et secundò ex illo Geñ. 18. Clamor Sodomorum & Gomorra orū multiplicatus est: de scendam & videbo utrum clamore, qui venit ad me, opere cōpleuerint. Ex quibus locis colligitur, q; nisi præcedente infamia aut clamorosa insinuatione, nō est ius procedēdi via inquisitionis. Quod potest cōfirmari ex illo Genes. 4. de Chain. Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. ¶ Sed insinuat se circa hanc conclusionem dubia nonnulla.

1. Dubium. Primum quo iure nitatur hæc conclusio. Apparet enim repugnare iuri & rationi naturali. Nam præter argumenta ante questione obiecta arguitur sic. Officium & cura prælatorū est nō dissimulare peccata quæ norūt: de qua negligentia repræhenditur Heli sacerdos. 1. Reg. 2. q; refert Inno. c. Licet Heli. De simonia sed duo aut tres testes satis sunt ad cōvincendum & puniendū reum: quia vt est Deut. 17. & Matth. 18. in ore duoru vel triū stat omne verbum. ergo quomodo cunq; iudex cognoscat crimen per duos aut tres testes: licet nulla præcesserit infamia: potest & debet reū punire. ¶ Respondeatur, fundamentum huius conclusionis hoc esse, q; neminē iudex punire potest, nisi ad petitionem partis: putā, accusatoris, vel vicem gerentis accusatoris. Et ra-

tio est, vt egregiè docet S. Thom. 2. 2. questio. 63. articu. 3. q; iudex (inquit Arist. 5. Ethic.) est interpres & custos iustitiae: ad quem cōfugiunt qui iniuriam patiūtar tanquam ad iustitiam quandā animatam: iustitia vero, quia est æqualitas, nō est nisi inter duos: quapropter iudex nō constituit iustitiam, nisi inter duos, quorum alter sit actor, alter vero reus, inter quos iudex sit vt medium, in neutram partē inclinans. Vnde & Gentibus lumine naturali lex erat, neminē sine accusatore punire: quā Feltus ille cōmemorat Actu. 25. Nō enim est (inquit) cōsuetudo Romanis dānare aliquem hominem, priusquam is qui accusatur, presentes habeat accusatoress: locumque defendēdi accipit ad abluenda crimina, quæ ei obijciuntur. Et Ambros. super illud. 1. Corin. 5. de inceſtuof. Iudicis (inquit) nō est, sine accusatore damnare quēquam: quia & dominus Iudam, cūm fur esset, sciebat: sed quia non est accusatus, minimē abiecit. Atqui, Deus ipse, cui omnia patent, nō castigat sine accusante, saltē cōscientia peccatoris: secundū illud Roma. 2. Testimonium illis reddente consciëtia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendantibus: in die cūm iudicabit Deus occulta hominū. Quinimò, in finali iudicio stabūt quodāmodo accusatores publici, vt innuitur Matth. 12. Viri Ninuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, q; condēnabūt eam. Est ergo lex celebratissima, vt, cessante accusatore nullus subeat poenam legis. Vnde Felix Papa. Si legitimus (inquit) non fuerit accusator, non fatigetur accusatus. extrā De accusat. cap. 1. Et l. Rescripto. ff. De mune. & hono. Si quis accusatorem nō habet, abhonoribus prohiberi non debet: quādmodum non debet is cuius accusator desliterit. Quam legem insinuavit Redemptor noster Ian. 8. Nemo te cōdemnauit mulier? Nec ego te condemnabo. Satis enim pacatus & tranquillus est status publicus, si publica & notoria peccata non dissimulentur, & petentibus vindictam resarcītur iniuria. Quare, iudices non debent, tanq; hostes, occulta peccata præter ius in publicū traducere: sed, vt patres, ex charitate corripere, aut dissimulatione prætereire. Quocirca, quando quis sine actione & accusatione denuntiat crimen (quia tunc merus denuntiator nō est accusator, nec est pars adversa) nō potest iudex denuntiatum punire: sed solū, vt suprà diximus, fraternaliter admovere, vt caueat in futuru aliās idem esset accusator & iudex: quād iura strictissimē cohibet. 4. questio. 4. ca. 2. & cap. Multi. 2. questio. 1.

¶ At

¶ At verò præter proprium accusatorem, sunt multa quæ præ se ferunt vicem accusatoris. Primò quando crimen est in perniciem publicam, sola denuntiatio valet pro accusatione. Nam in tali casu quilibet habet ius accusandi, vt diximus quæstio proxima. Sed in criminibus priuatis, quando sunt notoria, tunc evidētia ipsa facti valet pro accusatore: vt habetur ea. Evidētia extrā. De accusa. At verò in occultis, quando proceditur per denūtiationem fraternalm, tunc ante rebellionem, quia nulla est accusatio, non potest esse punitio: quando verò denuntiatus non audit ecclesiam, rebellion est pro accusatore. Quando verò proceditur via inquisitionis, infamia aut indicia funguntur officio accusatoris: vt habetur in dicto cap. Qualiter & quando. Ecce fundamentum & rationē conclusionis: quia iudex sine infamia, via inquisitionis neminem damnare potest. Et de hoc reprehēditur Heli, q̄ filios nō correxisset, cū essent publicè diffamati: quod eius verbis constat loco citato. Quare facitis res huiuscmodi, quas ego audio, res pessimas, ab omni populo? non enim est bona fama, quā ego audio. ¶ Nec solum id verum est, q̄ nemo via inquisitionis sine infamia cōdemnari potest, sed & hoc præterea, q̄ quanq̄ sit infamia, & inquisitus conuinatur, nō debet damnari tota pœna legis, ac si esset accusatus. Quod expressè habetur in dicto ca. Inquisitionis. vbi legitur, q̄ si crimen de quo quis inquiritur sit tale, quod impediat ordinis excusationem, aut retētionē beneficij: vt homicidium, aut simonia: tunc priuandus est & cōdemnādus reus, ac si procederetur via accusationis. Alioqui, secundum personæ (inquit) merita & qualitatē excessus, pœnam poterit iudicantis discretio moderari. Sed adhuc citra hæc crimina, poterit via inquisitionis conuictus priuari officio prælature: vt habetur in dicto ca. Qualiter & quādo. & facilius si sit temporale & regulare in religionibus.

2. Dubium

¶ Sedoritur dubium alterū ex solutione huius prioris, videlicet, an cōclusio posita sit de iure naturali aut diuino: adeò vt ecclesia non possit in illa dispensare. Videtur enim esse de iure naturæ: nam iustitia suapte natura est æqualitas inter duos: inter quos iudex debet æqualitatem constituere: ergo contra naturam iustitiae est, vt iudex sine auctore condēnaret reum: & per consequens, q̄ sine infamia procederet ad inquisitionem. Et secūdo videtur conclusio de iure diuino: postquam papa corroborat illam testimonijs diuinis. ¶ Respondetur primo conclusionē esse de iure humano: vt patet in capitulis citatis. Secundō, conclusio est valde con-

formis iuri & rationi naturali. Sed tertio dicimus, illam non esse proprię de iure diuino positiuo: quia nullum est tale præceptum in sacra scriptura, vt nemo sine infamia via inquisitionis damnetur. Et illa testimonia citata solum explicant factum diuinum conformiter ad rationem naturalē. Et quartò dicimus, quod non est de iure naturæ: saltem nō est de genere illorum, quæ sunt immutabilia: qualia sunt præcepta Decalogi: quæ dicit S. Thom. nullatenus es se dispensablia. Ex quibus colligimus, quod papa in ecclesia, & princeps in foro suo pro magna & rationabili causa possent dispensare in tali lege. v.g. Si essent frequentissimi criminosi & scelerosi homines, à quibus res publica graviter perturbaretur, posset fieri lex, vt quotiescunq; fuerint duo aut tres testes insigeret pœna legis: vel quādo crimen esset gravissimum, vt statim conclusionē tertia evidentius fiet: nā illa ratio. s. q̄ iudex debet constitueri iustitiam inter duos, explicat id quod plurimum fieri debet: sed rationabilis causa potest facere, vt testimonium duorum vel trium valeat pro accusatore: sicut evidentia facti. Nihilominus nemini prælatorum aut iudicium licet agere contra tenorem conclusionis, nisi in casibus expresse exceptis a lege: de quibus statim videbinus. Nā solus papa vel princeps posset mutare hāc legem. ¶ Tertium dubium est, quæ nam infamia sufficiat ad procedendum via inquisitionis: utrum sit destinatus certus numerus testimoniū qui sufficiat facere infamiam: nam sunt nonnulli canonistæ quin dicit. ca. Inquisitionis. censeant denariū numerū esse necessariū ad faciendam infamiam. ¶ Ad hoc nihilominus respondetur, quod quanquam fama, si accipiat pro bona fama secundum ius, sit illæsæ dignitatis status, moribus & legibus comprobatus. ff. De var. & extraor. cogn. l. Cognitionū tamē quantum attinet ad propositum vt nota. Barto. ff. de quæstio. l. De minore. §. Tormenta. fama est cōs opinio voce manifestata ex suspicione pueniens: quæ, si sit de malo, dicitur infamia. Vnde, ad rationem infamiae, quātum ad qualitatē testimoniū, exigitur q̄ sit opinio bonorū. Vnde in ca. Qualiter & quando. habetur, q̄ infamia nō debet procedere à maleuolis & maledicis: sed à prouidis & honestis: nō semel tantum, sed sepe. Sed quantū ad numerū testimoniū nihil in iure definitū est: nam in ca. Inquisitionis. solū habetur, q̄ propter dicta paucorū nō debet quis reputari infamatus: nisi opinio eius apud bonos & graues læsa existat. Quare, iudicium sufficietis infamiae, sumendum est ad arbitrium boni viri, quādo iam opinio dicitur esse communis.

Sed putant aliqui, q̄ numerus denarius sicut sufficit facere populum, ita sufficit facere opinionem cōmūnem. Nihilominus illa non est regula certa: sed regula est (vt dicit glossa in dicto cap. Inquisitionis.) q̄ rumor sit sparsus per maiorem partem vicinie: aut per maiore partem collegij, aut vniuersitatis in qua quis comoratur, vt notat Barto. loco citato. Hostiens. distinguit inter clamorosam insinuationem & infamiam: quod clamorosa insinuatio sit inter paucos, & infamia inter multos. Sed existimo nullam esse differentiam, sed vtrāq; esse inter multos, vt censuit illic Innocē. Nec requiritur ad infamia, q̄ sint testes omnes oculati: sed satis est q̄ audierint à si de dignis: vel habuerint indicia & coniecturas sufficiētes. Infamia tamen ex auditu, licet sufficit ad inquirendum: non tamen ad cōdemnandum, sed quando nō inueniuntur legitimi testes, tunc infamatus tenetur se cōpurgare, vt habetur in dicto cap. Inquisitionis. At qui, maior infamia requiritur in maioribus criminibus, quām in minoribus. Et, vt habetur in dicto cap. Qualiter & quando, multò maior infamia requiritur, ad inquirendum aduersus prælatos & magistratus, quām aduersus personas priuatas. Nam prælatipositi sunt quasi signum ad sagittam: & frequenter odium multorum incurrit. Imò habetur illic aduersus prælatos non est inquirendum, nisi quando infamia est tanta, vt sine scandalo tolerari non possint. Sed est præterea adnotandum, q̄ vbi sunt manifesta indicia, non est necessaria alia infamia, nam indicia æquipollent infamiae. Vnde S. Thom. 2.2. questio. 69. art. 2. tria ponit sub disunctione sufficiētia ad interrogādum iuridicē reum aut testem: scilicet, infamiam, aut indicia, aut semiprobationē. Et semiprobatio est unus testis omni exceptione maior. ¶ Quòd si quis arguat contra tertium membrum. In cap. inquisitionis. vt dictum est, cauetur, vt, quanquam sint duo aut plures testes iurati, non condemnatur aut inquiratur reus, nisi ad sit infamia: ergo semiprobatio sola nō sufficit. Respondetur, q̄ semiprobatio sufficit ad interrogandum reum vel testem, quando proceditur via accusationis. Quando enim quis accusat & adducit vnum testem, tunc, licet ille non sufficiat ad cōdemnandum reum, sufficit tamen ad interrogandum alios testes, & reum ipsum. Et idem est vbi denuntiatio habet vim accusationis: vt in crimen hæresis, & alijs quæ sunt in perniciem publicam. Sed vbi proceditur per nudam denuntiationem & inquisitionem, non sufficit semiprobatio: nisi ad sint vel infamia, vel indicia manifesta.

¶ Sed ad maiorem evidentiā conclusionis mō uetur dubium quartum. An quādo crimen est notorium, sed persona quæ crimen admisit est secreta, ius habeant iudices inquirendi malefactorem. v. g. Inuentum est cadaver occisi hominis iacens in via, an licet interrogare vicinos, quisnam hominem occiderit. 4. Dubium. ¶ Et ad partem affirmatiā arguitur primò authoritate Sancti Thom. qui (vt refert præter alios Caieta. 2.2. questio. 69. articul. 2) dum eset bacalarius Parisijs, & in conuentu accidisset flagitium quoddam, consultus, liceret ne inquire occultum malefactorem, respondit licitū esse, & expedire. ¶ Et confirmatur. Quia, vt supra diximus, evidētia patrati sceleris locum habet accusatoris: sed quando factum est notoriū iam est evidētia patrati sceleris: ergo tunc si ne alia infamia potest procedere via accusationis. ¶ Et secundò arguitur ex consuetudine: nā vbi cunq; crimen est notorium, solent indices procedere ad inquisitionē malefactoris. Et videtur rationabilis consuetudo: alijs censerentur dissimulare iudicia, & correptiones criminum: vnde populus scandalum acciperet, si iudices in talī casu non solicite disquererent delinquentes. ¶ Nihilominus respōdetur, quod hoc quod apud aliquos est dubium, certe nullam habet obscuritatē, si semel intelligatur statuta conclusio. Nā canones illi citati: scilicet, quod sine infamia non procedatur via inquisitionis, hoc manifestē prætendūt, quòd quāvis crimen sit notorium, si peccator sit adeò occultus, vt nulla sint indicia, nec infamia personæ, nō procedatur ad inquisitionem ciuii modi occulti peccatoris. Verba sunt in dicto. c. Cūm oporteat. Nisi super prædictis famam ipsius (scilicet personæ) læsam esse noueritis, vos ad inquisitionem nō subitò procedatis. Et in cap. Inquisitionis. habetur, nullū esse, pro crimen super quo aliqua non laborat infamia puniendum. Et in dicto ca. Qualiter & quādo. Si super excessib; suis quisquam fuerit infamatus, tunc procedendum est ad inquisitionē. Et testimonia ipsa diuina testātur, requiri infamiam personæ adiungitionē: scilicet: Clamor Sodomorū multiplicatus est, & in euāgelio de villaco: Quid est hoc quod audio de te? Est ergo in iure definita conclusio, quòd quanquam crimen sit notorium, nisi sit infamia personæ, non procedatur ad inquisitionem. Vnde dimanat aliud ius, vt statim videbimus, videlicet, quod cōfessus crīmē nō interrogetur de socio: quia quanquam iam tunc crīmen est notum, tamen socius est occultus. ¶ Et secundò probatur ratione. Canones illi

nes illi & iura, q̄ sine infamia non procedatur ad inquisitionē, fundant in illo euangelij Matthe. 7. Nolite iudicare. vbi secundum Augusti cohబemur iudicare temerē de occultis peccatis: sed quanquam crimen est notorium, si non sit infamia, aut indicia personæ, tunc temerē q̄s iudicaret quisnam fecerit: ergo hoc non licet inquirere. ¶ Ad hoc respondent nonnulli non es felicitum interrogare in particulari, vtrum Petrus occiderit: nam talis interrogatio non potest fieri sine suspicione: & iniuriam irrogat qui sine conjecturis male suspicatur de proximo. Sed dicunt, quod licitū est tunc in genere: & interrogare sub iuramento quisnā perpetrauit hoc crimen. Sed certe hæc distinctione non satisfacit. Nam qui interrogatur in genere tenetur respōdere in particulari: acdem ferē iniuria est interrogare an Petrus fecerit, & interrogare quis fecerit. ¶ Et tertio arguitur particulariter contra hanc solutionem. Si, dum crimen est notorium, licet in genere inquirere malefactorem, sequeretur, q̄ si inter alios fortè interrogaretur, ipse malefactor teneretur confiteri proprium crimen: nam certe si illa interrogatio esset iuridica, sicut testes, tunc tenerentur respondere quis fecerit, ita & reus ipse: sed consequens nullus concederet: videlicet, q̄ aliquis teneretur confiteri crimen proprium, de quo non est infamatus, nec sunt manifesta indicia. Habetur ergo sensus cōclusionis, quod quāvis crimen sit notorium, non licet inquirere peccatorem sine infamia: exceptis tamen nonnullis casibus: vt in crimine læsæ maiestatis, & alijs quos adnotauimus in tercia conclusione. Adiecerim tamen huic responsioni, q̄ quando crimen est notorium: & patrator occultus, forte liceret in genere inquirere: non quidem quis patrauerit, sed inquirere aliqua indicia. V.gra. possit tunc interrogari testes, an sciant quahaꝝ occisus est homo, quibus armis: si forsitan ex illis testimonijs sumantur indicia sufficientia oculoris: & tunc habitis indicijs, poterit descendere ad inquisitionem personæ. Hoc dixerim sub duobus, aliud dicent, sit ne verum nec ne.

¶ Vnde ad authoritatem. S. Thom. in contrarium responderetur, q̄ si verum est tunc iuuenē ita sensibile, tamen (vt fertur) non sicut tunc eius sententia probata magistris. Quare in summa sententiam mutauit. 2. 2. quæstio. 69. articu. 2. ¶ Ad confirmationē respōdetur, quod tunc cui dētia patrati sceleris valet pro accusatore, quādo non solum crimen, sed patrator criminis notorius est. Et ille est sensus verborum August. in capitul. Euidentia. De accusationibus. ¶ Ad consuetudinem, quæ videtur in contra-

riū inoleuisse, dicemus in finē tertiae conclusi. ¶ Quintum dubium est, vtrum ē conuerso quā 5. Dubium. do persona diffamata est & convicta de uno crimen, possit iure interrogari de alijs criminibus occultis. Est enim opinio Petri de Palu. affirmativa in quart. distinctione. 19. quæstione. 4. Et fundamentum eius est: q̄ si ratio (inquit) qua non licet iudicare de occultis, non est propterera quod crimen sit occultū, sed propterera quod persona sit occulta: ergo, quādo iā persona est diffamata de uno crimen, licitum est de alijs interrogare. Et peccator interrogatus de occultis criminibus tenetur confiteri veritatē. Imò addit, quod non solum de se, sed de socijs, quando sunt alij diffamati de eodem crimen, tenetur respondere, si interrogetur de alijs criminibus sociorum. ¶ Caieta loco citato positam sententiam tenet: cui censio omnino subscribendum esse. Nam expressè in canonibus citatis. De accusat. habetur, quod non solum requiritur infamia personæ ad inquisitionem, sed quod nō potest fieri inquisitio, nisi de illo crimen, de quo quis est infamatus. Legitur enī in cap. Cum oporteat. Discretioni velstræ mandamus, quod nō super prædictis famā ipsius letam esse noueritis, vos ad inquisitionem illorū non subito procedatis. Et in cap. inquisitionis legitur. Reipōdemus, nullum esse pro crimen sup quo aliqua non laborat infamia puniendū. Et S. Thom. 2. 2. quæstio. 70. artic. 1. dicit, quod si exigatur ab aliquo testimonium de occultis peccatis, de quibus infamia non præcessit, non tenetur ad testificandum. Requiritur ergo infamia personæ & de delicto, vt iuste fiat inquisitio. Ethoc confirmatur ratione. Nam quanquam quis sit diffamatus de adulterio, potest habere bonam famam in materia furti: & ideo iniuria fieret illi, si interrogaretur de furto: alijs sequeretur, quod qui cūq; infamatus de uno crimen licite interrogaretur de quibuscumq; criminibus mundi: quod tamen nullus concedet. At verò duobus modis licet coniectum de uno crimen, interrogare de alio. Primò, quando unum est sufficiens indicium aut infamia alterius: vt si quis infamatus esset & convictus de adulterio, & de consuetudine cum muliere, & postea iuuenitur necatus maritus adulteræ in camara eius, iure posset tunc adulteri interrogari de homicidio. Et si quis esset convictus de homicidio, & cadaver iuueniatur spoliatum, posset interrogari de spolio. Et secundò quando non potest cognosci perfectè unum crimen sine cognitione alterius, tanquam circumstantiæ prioris: vt cūm quis convictus est de consuetudine cum puella, iu-

Dubium,
vitium.

re interrogari potest, an ipsam deflorauerit: & conuictus de falso ecclesiastico, iure potest interrogari & fregerit fores ecclesiae: quia istae sunt nouæ circumstantiae. ¶ Sextum & postremum dubium est, utrum iure conuictus de crimen, iure possit interrogari de socijs occultis qui nulla laborant infamia: nam consuetudo ferre est ubique omnes malefactores interroga re de socijs. ¶ Dubium hoc satis definitum est utroque iure ad partem negatiuam: putat iure canonico. capitu. Cum monasterium. De confessis. & capit. Veniens de testibus. &c. quest. 3. capit. Nemini. & ciuii. C. De accusat. ca. finali. in quibus expresse cauetur, ne confesi super aliorum conscientijs interrogetur: crimen laesae maiestatis excepto. Quæ quidem iura confirmant illud, quod dictum est in decisione quarti dubij: videlicet quod quanquam crimen sit notoriura, non sit iustum occultos criminosos inquirere. Et eadem ratione deciditur utrumque dubium. Nam certè quanvis Petrus conuictus fuerit de crimen, nullum ius est ipsum interrogare de socijs occultis. Imò fit illis iniuria: & est contra canones citatos, in titulo De accusat. illos inquirere, nisi præcedente infamia. Imò est contra legem euangelicam quae prohibemur de occultis temere iudicare. Et eadem est sententia Caietani in quinta responsione, quæ est de hoc dubio ad fratrem Cherubinum de Florentia. ¶ Sed nunquid sint aliqui casus, in quibus ius sit inquirere occultum aliquem peccatorem, absque infamia aut clamorosa insinuatione antecedenti? ¶ De hoc sit secunda conclusio. Inquisitio generalis iure fieri potest absque prævia infamia, aut auctore aliquo, aut denuntiatore. Probatur, quia illa non sit ad petitionem partis, sed ex mero officio iudicis. Tenentur enim tam prælati ecclesiastici, quam seculares magistratus, statim temporibus visitare provinciam, diocesim, aut conuentum ad explorandos subditorum mores: utiabetur prouidenter iure cano. i. de offic. ord. & ca. Cū olim. De accusat. & capit. Romana. De censib. libro. 6. & iure cæsareo. Congruit. ff. de officio præsidis. ¶ At dubium suboritur hic. Quia videtur hæc conclusio repugnare priori. Enim vero, si prælatus neminem punire potest via inquisitionis, nec specialiter aduersus quempiam inquirere, sine infamia reclamante, quidnam prodest inquisitio generalis.

¶ Respondetur, quod quanvis prælatus in inquisitione generali, specialiter inquirere non potest aduersus personam singularem, sine accusatore aut infamia, nihilominus utilissima est id genus inquisitio. Debet enim primum om-

Quæstio Sexta.

nium prælatus generaliter indicere, ut quicunque, seruato ordine iuri, denunciet quicquid uenerit correctione dignum, tacendo illa quæ sunt occultæ: ut haberetur capitulo. Qualiter & quando, el primo. De accusa. Et tunc subditi animaduertant, an crimina quæ nouerint sint proflus emendata, ita ut nullum super sit amplius periculum. Et hec nullatenus tenetur denuntiare, nisi adsit accusator, aut nisi præcedente infamia interrogetur ut testes. Si vero crimen non est proflus emendatum, tunc denunciandum est eo ordine, qui expositus est quæstione quarta: ut videlicet, si sit in perniciem publicam, aut in præiudicium tertij, aut si sit periculum in mora, statim canonice denuncietur: si autem sit priuatum, tunc prævia admonitione secreta fraternaliter denuncietur, si sit spes emenda: nam alijs non est necessaria denuntiatio.

¶ Itaque (ut uno verbo dicamus) prælatus in inquisitione generali, solum potest compellere subditos ad denunciandum crimina, in illis casibus, & eo ordine, quo ipsi tenerentur extra visitationem: præterquam quod extra visitationem possent forsan differre tempus denunciationis, sed in visitatione tenentur statim denunciare ad iussum prælati.

¶ Tertia conclusio. Inquisitio etiam specialis 3. Conclusio potest fieri absque infamia & clamorosa insinuatione præcedente, & absque indicijs deliaquentis, in quibusdam casibus, qui excipiuntur à prima conclusione, quos videre est apud Barto. ff. Ad. I. Iul. De adult. l. 2. post glossam. §. Si publico. & super Extrauagan. Ad reprimendum, & per doctores canonistas in dictis capitulis. Inquisitionis. & Qualiter & quando, qui tamen casus digni sunt ut examinentur. ¶ Primus est, quando in inquisitione non intenditur condemnatio aut pena inquisiti, sed exitatio erroris aut damni: ut cum inquiruntur merita personæ, antequam assumatur ad dignitatem. Nam illam tenetur facere prælatus ex debito officij, ne eligatur aut confirmetur indignus: ut habetur capitulo. Cum in multis. & capitul. Cum dilectus. extra de electione. Aut cum inquiritur impedimentum matrimonij: ne scilicet aliqui contrahant in gradu prohibito: capitul. finali. De cland. despons.

¶ Secundus casus est, quando quis publicè confessus est crimen proprium extra ordinem iuri. Nam propria confessio abunde suspetit pro infamia. Hic tamen casus intelligendus est sano modo: ut putat cum quis in publico coram multis crimen proprium confiteatur. Nam

Nam propterea q̄ quis secretò coram vno aut duobus: imò etiam coram prælato, lapsu lingue aut alio modo, sponte diceret se cōmisiſſe aliquod crimen: aut si prælatus aperiret literas subditi, in quibus subditus ipſe affereret ali quod crimen admisſe, non eſſet certè ius inquirēdi iudicialiter, ſed ſolum fraternaliter corrigēdi: niſi forſan crimen aduersus bonum publicum vergeret. ¶ Tertium caſum excipiunt, quando iudex procedit ex mero offiſcio, aut ad denūciationem publici offiſcialis. Sed tamen ego non video, quod amplius privilegeium habet denuntiatio publici offiſcialis, quam denuntiatio priuata personæ, ſaltem quātum ad hoc. Nec Bartolus dicit aliud, quam quod potest fieri inquisitio ad denuntiationem publici offiſcialis, quod probat per l. Ea quidem. C. de acceſa. vbi ſolum habetur, quod ea quæ per offiſcium publicum denuntiantur, citra ſolennitatem accusationis cognoscantur: vbi ſermo eſt, vt dicit gloſſa, de criminibus notorijs. Colligamus ergo, q̄ quando denuntiatio publici offiſcialis eſt de crimine pernicioſo reipublicæ aut de crimine notorio, tunc quia denuntiatio, vt ſupra diximus, valet pro accusatione, potest ſine infamia fieri inquisitio. Sed tamen ſi crimen eſt priuatum, nec eſt in præiudicium tertij, illud non incubit offiſciali denuntiare: & quanquam denuntiet, non potest fieri inquisitio abſque infamia vel indicijs: quemadmodum ſi denuntiatio fieret ab alia persona priuata. ¶ Quartus caſus ex cipitur propter incidentem cognitionem: vt ſi iudex inquirendo vnum crimen detegit aliud, tunc potest inquirere de illo. Hoc tamen cum grano ſalis intelligatur, vt adnotauimus in quinto dubio circa primam conclusionem. Si enim quis inquiretur de concubinatu, de quo laborat infamia: & incidenter cognoverit iudex concubinam eſſe mironiale aut consanguineam, tunc potest inquirere de illa circumſtantia: quia aggrauat concubinatum. Et eodem modo, vbi cunque peccata habent talem conectionem, quod vnum eſt indicium alterius, aut vnum non potest perſeſſe cognosci ſine alio. Sitamen crima ſunt omnino diſparata, tunc incidens cognitione occulti criminis, non dat ius inquirendi. Vt ſi ille qui inquiretur de concubinatu inueniatur occultus homicida: non potest de homicidio fieri inquisitio, abſque infamia aut indicijs.

¶ Quintus caſus eſt quem ponit Barto. in tercia ſua regula: videlicet, quando iudex aut prælatus in inquisitione generali comperiit aliquem deliquisse, potest tunc ad ſpecialem inquisitionem descendere. Sed tamen ipſe ex-

plicat hoc licere abſque infamia, vel indicijs, nec ego ita credo. Imò quanuis in inquisitione generali comperiatur delinquēs quempiam, & delictum probari poſſit, & non ſit in perniciem publicam, nec in præiudicium tertij, non poſteſt de illo fieri inquisitio ſpecialis, nec poſteſt puniri, niſi ſolum fraternaliter. Poſſet tamen ſi ille flagitiosus eſſet prælatus, priuari offiſcio regulari, propter periculum regiminis. Et certe ſi tunc fieret inquisitio ſine infamia eſſet contra capit. Inquisitionis. & Qualiter & quando. ¶ Sextus caſus eſt propter atrocitatem criminis: vt patet in primis, in crimen laefæ maiestatis: de quo ſpecialiter habetur in extrauagā. Ad reprimendum. vt de plano, quod eſt citra ſolennitatem iutis, procedatur ad inquirendum qui tale crimen comiſſiſit. Quare, abſque infamia & manifestis indicijs ſi quis occulſe occidiſſet, aut percuſiſſet principē, poſſet inquireri quicunq; eſſet ſuceptus de tali crimen. Et additur hac ratione. à iuriſconsultis, quando facinus eſſet admissum aduersus epifcopum, aut aliam personam huius ordinis aut quomodo cuq; eſſet crimen atrocissimum. Quod forſan eſt verum. Nam vt ſupradiximus, non eſt adeò de iure naturæ requiſita infamia & indicia ad inquisitionē, quo inlinus poſſit in hoc diſpenſari ob rationabilem cauſam.

¶ Et poſtremò dicunt inquisitionem ſpecialē fieri poſſe abſque infamia & indicijs, quando crimen commiſſum eſſet in iudicio, aut in conſpectu iudicis. Et afferunt exempla de calumniatore, de falſo teste, de iniquo tutore. Et credo hoc verum eſſe; non propter atrocitatem criminis, vt illi putant, ſed propterea, quia huimodi crima ſunt in præiudicium tertij. Nam conclusio prima, videlicet, q̄ abſque infamia non potest fieri inquisitio, intelligitur de criminibus priuatis, quæ non ſunt in præiudicium tertij. Crimina enī publica, aut quæ ſunt in præiudicium tertij, quomodo cuq; cognoscantur, inquirenda ſunt & coercēda: & ſi ſunt in fieri, & dampnum pendet in futurum. Vnde ſi iudex cooperit, quod reus accuſatus eſt per calumniam, ſine alia infamia, poſſet inquirere contra calumniatorem & punire: vt habetur. C. de calumnia. l. i. Et idem, ſi comperiatur falſum teſtimoniū: vt iubetur. l. Nullum. C. de teſtibus. aut ſi comperiatur quempiam falſam ſcripturam finiſſe: vt. l. penult. C. de probationibus. aut ſi comperiatur tutorem inſideliter gerere rem pupilli. l. Tutorem. De his quibus vt indign. Et idem in vniuerſum obſeruandum eſt, in criminibus quæ ſunt in præiudicium tertij.

¶ Per haec facile ſoluitur vltimum dubium

4. Cōclusio

huius questionis, vtrum coniūctus de proprio crimen, iure possit interrogari de socijs occultijs, qui nulla laborant infamia: nam consuetudo ferē est, vbiq; quoscunque malefactores interrogare de socijs. ¶ Ad dubium respondeatur quarta & postrema cōclusione. Nullus coniūctus de proprio crimen debet interrogari de occultis socijs, quorum nulla est infamia, aut in dicia manifesta. Conclusio hæc in primis corollarie sequitur ex prima conclusione, quatenus exposta est in quarto dubio: vbi dixim⁹, quod quanuis crimen sit notorium, non est ius inquirendi specialiter aduersus quenquam, nisi sit de illo infamia aut dicia. Vnde colligitur, quod quanuis crimen sit notorium per confessionem huius malefactoris, nullum est ius inquirendi hos occultos socios.

¶ Secundò cōclusio expressè determinata est vtroque iure: putā iure canonico. capitul. Cū monasterium. De confessio. cap. Venient. extra de testibus. &c. 15. questio. 3. capit. Nemini. & iure ciuili. C. de accusat. l. fina. & ff. de quæstio. l. Repeti. in quibus locis expresse cauetur, nè confessio super aliorum conscientijs interrogetur, crimen læse maiestatis excepto. Et in ter theologos eadem est sententia Caietani in opusculis respon. 5. quæ est de hoc dubio ad fratrem Cherubinum de Florentia.

¶ Sed excipiuntur ab hac conclusione aliqui casus: quos notat Bartol. super dictam l. Reperi. Est primum omnium in consuetudine interrogare omnes latrones & fures de socijs. Et fundant iure consulti hanc consuetudinem in l. Provinciarum. C. De ferijs. Illic tamen non habetur expressè, quod latrones interrogentur de socijs: sed quod eorum occulta consilia per tormenta conquirantur. Et est sermo specialis de quodam genere latronum Hisaurorum. Sed l. Diuus Adrianus. ff. de custodia reorum. habetur quod latrones interrogentur de socijs. Et idem colligitur ex l. quart. ff. ad legē Iuliam peculatus. §. Mandatis. Item falsarij monetæ, putat, qui monetam adulterant aut falsam cu dūt interrogari debent de socijs: quod iubetur. C. De falsa monetā l. prima. Vnde Bartol. in dicta l. Repeti. singit hanc distinctionem. Quando sunt delicta quæ non committuntur principaliter in odium alterius: sed propter commodum committentium: qualia (inquit) sunt latrocinium & adulteratio monetæ, tunc coniūcti interrogandi sunt de socijs: quando vero sunt crimina, quæ committuntur in odium alterius: vt est homicidium, tunc coniūctus non debet interrogari de socio. Et ratio est (vt ait) quod quando flagitium commissum est in

Quæstio sexta.

odium & iniuriam aliorum, tunc illi ad quos crimen spectat, peterunt accusare socios: & ideo non est necessaria inquisitio illorum: sed quando crima non committuntur in iniuriam alterius, tunc, quia non est qui accuset, conuenit alios socios interrogare de alijs. Sed certè hæc ratio non videtur satisfacere. Primo, quia fallit (vt ipse fatetur illuc) nam aliquando occisores interrogandi sunt de illo qui praecipit homicidium: vt constat. l. Primi. ff. ad senatus consultum Syllanianum. Et secundò, quia licet crimen non sit in iniuriam alterius priuata personæ, dum tamen sit in perniciem publicam, vt latrocinium & adulteratio monetæ, quicunque habet ius denunciandi & accusandi, vt lupra dictum est. Et ideo propter defectum accusatoris non esset necessarium inquirere de socijs. Alia ergo via ratiocinandū est hic. Nam conclusio hæc quarta fundamen tum habet in prima. Enimvero quia non licet occultos malefactores absque infamia & indicijs inquirere, sit vt non licet coniūctum de manifesto criminis interrogare de occultis socijs. Quocirca, idem casus qui excipiuntur à prima: excipiuntur ab hac conclusione. Primo excipitur casus, quando crimen est in perniciem publicam, sicut est heres, & proditione: tunc enim vt supra diximus, quia simplex denuntiatio valet pro accusatione absq; alia infamia vel indicijs, possunt inquiri occulti peccatores: atque adeo, socij interrogari de socijs. Idem patet in criminis læse maiestatis: vt patet. l. Quisquis. in fine. C. ad legem Iuliam maiestatis. & expressè in extenuag. Ad reprehendendum. Idem licet propter grauem atrocitatem criminis, vt dicebamus circa tertiam conclusionem. Et quia adulteratio monetæ & latrocinium, sunt peccata in Re publicam, propterea licet coniūctos interrogare de socijs & de fautoribus, & receptoribus &c. At vero, latrocinium non designat quodcumque furtum priuatum: nam latrones soli dicuntur qui obsident vias, & qui ex animo conspirauerunt deprædati quoscunque possent: & ideo quicunque captiatur, iure interrogatur de socijs: ad obviandum malo publico; atque adeo, hi soli sunt qui non gaudent priuilegio ecclesiarum: vt habetur De immuni. eccles. capit. Inter alia. Imò quanvis non interrogaretur, admonēndus esset à confessore: vt proderer socios: & ille tenetur prodere: saltem dum malum adhuc pendet in futurum: secūs, si iam socij essent prorsus emendatos sua sponte prodere, nisi iuridicē compulsus. Imò

Imo verò quanvis periculum non immineat Republicæ, sed priuatæ personæ, posset conuictus interrogari de socijs: vt si multi conspi rauerunt occidere Petrum, & unus capit, iure interrogatur, an sint alij animati ad tale homicidium: nam quod non liceat occultos peccatores inquirere absq; infamia, semper intelligitur de crimine iam præterito, quod inquiritur punitionis gratia: secus si inquiratur ad euitandum futurum damnum. ¶ Citra hos casus non licet à conuicto inquirere socios, nisi sint indicia, aut infamia illorum. Et ita intelligenda est dicta lex Prioris. Ad senatus consul tum Syllanianum, vbi habetur, quod postquam inuentus est occisor, inquiratur, quo mandante homicidium fecerit: videlicet si fuerint indica alium id mandasse, vt dicit glossa.

¶ AD primum argumentum principale respondeatur, vt supra diximus, quod Deo sunt manifesta occultissima peccata, sicut homini illa quæ sunt notoria, obidej, sicut potest illa statim punire, potuit, pro rationabili causa, dispensare in lege: vt videlicet, occulta peccata absque infamia præcedente inquireretur: quia hæc lex non est omnino indispensabilis, vt supra diximus. Et ita dispensauit, vt sortibus dis quireretur Achamanathem: qui occulte peccauerat: primò quia populus ille duræ ceruicis, terroribus arcendus erat a flagitijs: atque adeò expediebat, vt saltem in re grauissima, qualis erat illa diuina prohibitio, ne de execratis polijs gentium quicquam caperent, etiam occulta crima reuelarentur, quando Deus ipse in genere insinuasset crimen: sicut legitur illuc: Surge, cur iaces? Peccauit Israel, præuari catus est pæcum meum. ¶ Pari ratione respon detur ad legem de adultera Num. 5. Deus enim tum ad cohibendam libidinem mulierum, tum etiam ad vitanda homicidia, quæ propter zelotypiam possent multa accidere, indulxit maritis sacrificium illud zelotypiæ ad disquidendum adulteram. Et sorte (quantum conijcio) non licebat facere illam disquisitionem, nisi esset infamia adulterij, aut indicia manifesta. At verò iam modò non est licitum per huiusmodi sortes veritatem inquirere, sed solum per testes humana fide: quia sortes illæ erant iudicia ha, & ideo iam cessarunt. Vnde Stephanus. 5. capit. Consulisti. 2. quæst. 4. prohibet vulgares illas quas vocant probationes. Nam ferri (inquit) carentis, vel aquæ feruentis examinatione confessionem extorqueri à quolibet, sacri non censent canones. In veteri enim lege sortibus illis & sacrificijs (quia à Deo instituta erant) diuinum expetebatur iudicium: sed

iam modò indicis superfliosis non expectaretur nisi iudicium dæmonis: & esset tentare Deum: vt docet sanctus Tho. 2. 2. q. 95. artic. 8. ¶ Secundum argumentum principale quod factum est ex capit. Quidam maligni, certè est difficile, & multos male torquet in hac materia Gregorius illic videtur excommunicare occultum peccatorum nisi se prodiderit: qui tamen nulla laborat infamia. Quod vide tur repugnare doctrinæ huius questionis, & illi authoritati Chrysostomi super epistolam ad Hebreos, quæ citatur capit. Quis aliquando. De penitentia. d. 1. vbi ait occulto peccatori. Nō tibi dico vt te prodas, sed reuela ante Deum viam tuam. Imo profecto illud videtur pugnare cum iure naturali. ¶ Glossa illius capituli multis modis respondet. Primo, quod forsitan præcesserat admonitio secreta ante illâ excommunicationem. Sed hoc non satisfacit. Nam illa admonitio non potuit esse nisi in generali, cum peccator esset omnino occultus: & ideo ille admonitus, cum nulla esset infamia nec indicia, non tenebatur se prodere. Secundo, paupèr in inferius respondet glossator, quod cum crimen esset publicum, licet persona esset occulta, potuit propter atrocitatem criminis excommunicari ille, nisi proderet. Et hæc solutio rationabilior est, sed non est sufficiens. Primò, quia non erat tanta atrocitas criminis diffamare primum hominem, vt propter illum esset inquirendus occultus peccator, sicut in crimen lese maiestatis. Et secundo, quamquam licet inquirere alia via, tamē statim excommunicare occultum peccatorē nisi se proderet, erat nimis rigidū. ¶ Dominus Caiet. 2. 2. q. 69. art. 2. respondens ad illud capitulum, dicit tria, licet alio ordine. Primum, qd sicut potest fieri excommunicatio pro crimen ante quā fiat: vt pro percusione clericorum &c. ita post factū potest excommunicari quicq; fecerit. Secundò dicit quod papa potuit absolute & sine aliqua conditione excommunicare illum peccatorum occultum propter præteritum crimen: sed nihilominus ex sua benignitate apposuit conditiones: nisi se reuelaret. Itaque excommunicatio (inquit Caietus) non fertur illic super illam conditionalem: nisi se reuelauerit: ita vt excommunicetur propter inobedientiam futuram, si non reuelauerit, sed excommunicatur propter peccatum præteritum: quia infamauit proximum. Tertio addit, qd Papa non potuit præcipere absolute vt se reuelaret: nec ille tenebatur obedire: quia hoc (inquit) excedit formam humani iudicij. Et addit, quod doctores oppositum sentientes sunt nimis timidi.

¶ Nihilominus (bona venia dixerim doctoris grauiissimi) aliter, nisi fallor, censendum est de illo cap. Primum enim fundamentum Caietani est falsum: videlicet, quod sicut potest ferri ex comunicatio pro crimen futuro, ita potest ferri pro crimen praeterito. Nam, ut receptissimum est apud omnes, nullus potest excommunicari nisi propter inobedientiam: iuxta illud Matt. 18. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus. Vnde colligitur probatissimus canon. ut nullus excommunicetur absque prævia monitione: ut habetur cap. Sacro. & cap. Pertuis. extra De senten. excommunicationis. Quando vero ius prohibet peccatum futurum, prohibitio ipsa valet pro admonitione. & ideo iure tuu oponitur excommunicatio: sed propter crimen praeteritum, quia nulla praecessit admonitio, non potest quis excommunicari, cum nulla illic fuerit in obediencia. Quare Gregorius non excommunicauit illum occultum diffamatorem propter crimen praeteritum, nec potuit: sed excommunicare eum potuit nisi proderet. ¶ Et argumenta in contrarium facile soluuntur ex his quæ diximus in decisione quæstionis. Dicimus enim quod peccatum cuius non praecessit infamia vel indicia, non potest inquiri, si omnino sit praeteritum, punitionis gratia. Quandotamen adhuc pendet in futurum, certe potest inquiri, ut evitetur peccatum & damnum. Et quia ille qui occulte posuerat libellum diffamatorium, tenebatur restituere famam diffamato: & id facere non poterat, nisi aut probaret quod dixerat, aut in publico se retractaret, iuste Papa praecipere potuit ut exiret in publicum, sub pena excommunicationis: quod nimis ipse iniussus tenebatur facere.

¶ Et confirmatur solutio ex capit. Si sacerdos. De offi. ordi. ubi habetur, quod si qui damnum dedit sit occultus: & qui damnum accepit peccatum iustitiam, debet delinquens excommunicari in genere, sed non nominatim. Sed est notandum, quod quanquam potuit Gregorius praecipere illi occulto peccatori, ut in publicum exiret sub pena excommunicationis, mitius tamen egit cum illo. Non enim praecipit ut exiret, sed, nisi exiret in publicum, abstineret a sacramento Eucharistiae: quod profecto ipse nebat facere: nam erat in peccato, postquam tenebatur restituere famam, atque adeo tenebatur abstinerre ab Eucharistia. Itaque excommunicatione in hoc fertur illi: si reperit Eucharistiam, ante quam restituat famam. Quare ille textus nullatenus militat aduersus nostram primam conclusionem. ¶ Ex quo sequitur, quod si ille occultus peccator, qui libellum in-

Quæstio septima.

famatorium in publico posuerat, potuisse restituere famam non se manifestando, aut per tertiam personam secreto potuisse aliter satisfacere diffamato, non tenebatur exire in publicum, nec abstinerre a sacramento Eucharistiae: quia præceptum eò tendebat, ut ille restitueret. ¶ Iuxta formam horum capitulorum, scilicet. Quidam maligni. §. quæst. 1. Et si sacerdos. De officio ordi. tolent officiales excommunicare in genere eos, qui occulte iniuriam irrogarunt, aut dederunt damnum, putâ eos qui occulte furtum fecerunt, aut fuste, aut gladio percusserunt. Et nescio profecto an plus nimio extendant iam modò hanc potestatem. Nam, quanvis idiure liceat, deberet tamen fieri in primis quando damna, aut iniuria gravisima sunt: ut putâ pro bonis Ecclesiæ. Et deinde deberet admoniri in literis excommunicatorijs, quod excommunicatio solum fertur ut restitutio fiat damni & iniuria: aliâs multi decipiuntur, putantes quod tenentur manifestare huiusmodi malefactores, ut puniantur: cum tamen solum teneantur malefactores restituere, & sciëtes admonere illos ut restituant. Quod si noluerint, tunc debent manifestare illos qui possint prodefe & non obesse: ut habetur in capitulo. Hoc videtur. 22. quæstione. §. nam inquirere punitionis gratia non possunt, nisi illos qui laborant infamia aut indicij.

¶ Ad tertium principale responsum est in conclusione secunda: videlicet, excommunicationem generalem ferri posse, absque aliqua infamia præcedente.

¶ Et tandem ad postremam confirmationem respondetur, quod quanvis prælati debent vigilare, nec sub dissimulatione praeterire errata subditorum, tamen vias habent iure præscriptas cognoscendi crimina, quas nefas est transilire. Quare licet peccata cognoverint, si non sint aduersus bonum publicum, nec sit accusator, nec infamia, nec indicia, eatenac ius habent ut solum fraternaliter corripiant.

Q V A E S T I O S E P T I M A.



TRVM quicunque iure interrogatur de secreto, iure teneat veritatē fateri.

¶ Ad partem negatiuam arguitur primo.

Seruare secretū, ut supra diximus, est officium fidei. & rebellare est vitium infidelitatis: secundum

dum proverbiū assūptū: Qui ambulat frātū dulenter, reuelat arcana; qui autem fidelis est, celat amici commissū, sed virtus, nulli repugnat virtuti: ergo virtus obedientiæ nulla tatione compellit secreta reuelare.

¶ Et confirmatur. Virtus religionis (cuius actus est iuramentū seruare) maior est quām virtus obedientiæ: sed sēpe vñ venit, vt quis subiura mēto promittat fidem secreti, ergo tunc saltē, nullo modo licebit illud reuelare.

¶ Secundū arguitur. Iugum Domini suave est, & præcepta eius levia: vt redēptor ipse noster testatur Matthæ. 1. sed sunt casus plurimi, in quibus grauissimum esset hominem obligare ad reuelandum secretum: vt si ab aliquo exige retur testimonium de crimine capitali aduersus patrem suum, aut aduersus filium aut vxorem: & maximē si reus ipse interrogaretur aduersus proprium caput: ergo tunc apparet neminem iure constringi secretum propalare, vn de Chrysostomus super epistolā ad Hebræos (quæ glossa citatur De pœnitent. distinctio. 1. capitul. Quis aliquando) Non tibi (inquit) dico, vt te prodas: sed reuela ante Deum viam tuam, vbi inuit neminem teneri reuelare crimen suum, nisi in sacramento confessionis. Et confirmatur. Nemini licet sese occidere: & per consequens, nec tenetur quis actiū cōcurrere ad sui homicidium: sed qui confitetur iudici crimen suum, sine cuius confessione iure reus occidi nequit, videtur agere aduersus seipsum: ergo in tali casu nemo tenetur veritatem confiteri.

¶ Tertiō arguitur. Si non reuelare crimen occultum esset peccatum, quando quis iure interrogatur, eo esset, quod omne mendacium est peccatum: sed potest quis cōtra mendacium veritatem celare: quia, vt expōnit Augustinus in quæstione super Genesim, Abraham dicens de uxore: Soror mea est, voluit veritatem celari, non mendacium dici: ergo non reuelare crimen fieri potest absque peccato.

¶ Et confirmatur. Si celare secretum in iudicio esset peccatum, sequeretur id semper esse mortale: quia versatur in re graui: sed consequens est falsum: ergo & antecedens. Probatur Minor. Quia sēpe mendacium ilud in iudicio non est pernicioſum, nec contra charitatem: sed solum officiosum: vt quoties quis negat crimen vt seruet se aut amicum à periculo mortis. Et præterea secundum iura, licet reo in causa sanguinis corrumpere accusatorem aut colludere cum illo, vt scilicet tergiueretur, aut abscondat veritatem: ergo à for-

tiori, si quis negat crimen propriū, non peccat mortaliiter.

¶ Sed in contrarium est, quia confessio criminis in iudicio sēpiissime est necessaria ad bonum publicum: ergo id est in præcepto. Quod præsertim confirmatur ex illo locue. 7. vbi lo-
sue inquirens confessionem Acham ait. Fili mi da gloriam domino Deo Israel, & confite-
re: atque indica mihi quid feceris, nè abscon-
das.



N H A C postrema quæstione huius secundi mem-
bri, opera pretium est in
summa colligere casus vni-
uersos, in quibus quisque
aut tenetur, aut ius habet
secreta reuelare. Hoc enim
potest contingere, aut in iudicio, aut extra iu-
diciū. Extra iudicium, vt diximus membro
primo, quæstio. tercia, primo tenetur quis de
iustitia propriū crimen reuelare, quando
per iniuriam abstulit tamam alterius: vt si
quis falsum dixit testimonium aduersus pro-
ximum, tenetur se retractare. Item ex charita-
te tenetur quis crimen alienum reuelare, quan-
do est in præiudicium proximi, vt si non pos-
suī auertere à perpetrandō homicidio, illum
qui animatus est occidere: aut non possum la-
tronis persuadere vt restituat magnum factum
teneor ex charitate, si possum sine detrimen-
to meo reuelare illi qui iniuriam patitur, aut
illi qui potest prodesse, & non obesse: & à for-
tiori, si peccatum vergit in malum publicum.
Et præterea ius, & arbitrium habet quicunque
reuelandi propriū secretum amico, ad ca-
piendum consilium vel solatium. Et propter
amicitiam, vt diximus, si amicus falsodiffama-
ret de crimen, quod ego commisi, liceret
mihi forte me prodere, vt amicum purgarem
infamia: atque adeò alijs forte modis id licet,
vt supra inſinuauimus.

¶ Sed in iudicio quatuor sunt personæ, que te-
nentur crimina occulta quādō: reuelare: scilicet
actor, iudex, testimoniū, & reus. Et de auctore sa-
tis dictum est, quemadmodum quis tenetur:
aut ordine correctionis fraternalis: aut per viam
accusacionis: aut iudicialis, aut canonice denū-
tiationis, crimina denunciare. Iudici vero & præ-
lato absq; accusatore, aut infamia, aut indicijs,
nullatenus licet crimina manifestare: vt suprà
determinauimus ex capitul. Si tantum episco-
pus, sexta quæstione, secunda, capitul. Si sa-
cerdos, de officiis ordinari, & ex alijs similibus.
Postquam vero iudex legitime cognouerit
crimina

crimen, debet reum in publico condemnare: nisi forsitan denunciatus fuerit via correctionis fraternalis, & sit emendari paratus.

¶ Superest ergo ut dicamus de teste, & reo.

De quibus respondet ad quæstionem qua-

1. Cœclusio tuor cœclusionibus. Prima est generalis. Quicū que legitimè & secundum iura interrogatur, tenetur quam scit veritatem palam confiteri: siue testis fuerit, siue reus. Conclusio est Sanct. Thom. 2.2. quantum ad reum. quæstio. 69. articul. 1. & quantum ad testem. quæstio. 76. articul. 1. & facile probatur. Nam inter partes iustitiae potissima est obedientia, quippe que pertinet ad iustitiam legalem: obedientia vero est, parere maioribus, quoties quid iuste precipiunt: ergo eodem iure quo prælatus interrogat veritatem, subditus astringitur illam confiteri. ¶ Et confir. Bellum non potest esse iustum ex utraque parte: ita ut quis iuste alterum petat, & se iuste alter defendat: nisi forsitan ex ignorantia, aut alter falso putaret ius habere petendi, aut alter se defendendi, vbi ius non habent: ergo si subdito constat iudicem via & lege interrogare, respondere tenetur veritatem. ¶ Et secundò principaliter id probatur ex fine. Bonum publicum pacificè cōseruari non posset, nisi crimina punirentur: id tamen fieri nequiret: nisi iudex & testimoniū & confessione rei causam cognosceret: ergo tamen testis quam reus tenetur, si modò legitimè interrogatur, veritatem confiteri. ¶ Et postremò id maximè confirmatur de reo, vbi maior apparet difficultas. Lex est sanctissima, ut nemo criminali sententia ante quam sit confessus cōdemnetur, nisi aut notorietate facti, aut testimonijs luce clarioribus possit conuinci, quod si per legitima testimonia non confessus condemnetur, tamen non est ei deneganda appellatio: nec infligenda poena, quoadusque crīmē confiteatur, ut cauetur. l. Observare. C. Quorum appell. non recip. Sed illa lex perniciosa est, nec posset seruari, si reus legitimè interrogatus, eadem lege non constringeretur veritatem confiteri: ergo quicunque legitimè interrogatur, iure tenetur veritatem respondere.

2. Cœclusio ¶ Secunda cœclusio. Tā negare quam celare veritatem in iudicio, ex genere suo est peccatum mortale, licet fiat sine iuramento. Probatur, quia, ut dicit Sanctus Thomas. 2.2. quæstione. 69. articul. 1. in solutione ad. 3. illud peccatum est contra iustitiam, & in re magni momenti, & per consequens est contra charitatem: quia negans veritatem in iudicio, siue reus sit, siue testis, sāpe iniuriā facit actori (ut putā quando proceditur per viam accusatio-

nis) qui cum iuste petat vindictam, iuste difamatur de caluminia, per negationem accusati: & semper facit iniuriam bono communi, atque adeo iudicii, qui ius habet inquirendi veritatem: imò iniuriam facit Deo, cuius est iudicium: nam omnis potestas à Domino Deo est, & qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit Rom. 12. ¶ Et secundò probatur conclusio. Negantes veritatem in iudicio, quandoq; tormentis austerrissimis iuste petuntur: quod nunquam licet, nisi mortale esset & graue veritatem celare. Grauius tamen est negare, quam celare: quia celare: non dicit mendacium, sed solam omissionem respondendi, quod quis tenetur. Et multò grauius esset, si negatio veritatis fieret cum iuramento: accumulatur enim tunc circumstantia peccati contra veritatem religionis. ¶ At vero, quia dijiculum est mendacium in iudicio esse mortale ex genere, dubium est, an ratione leuitatis materiae possit esse in individuo veniale. ¶ Dominus Caieta. 2.2. quæst. 69. articul. 1. dicit, quod omnem mendacium, quanquam sit in materia leuissima: nempe quod extra iudicium, esset veniale: in iudicio tamen est mortale: siue in foro sacramentalis confessionis, siue in foro exteriori. Verb. gra. Si quis in secreto confessionis interrogatus, an dixerit verbum otiosum, falso id neget, peccat mortaliter. Et idem censet, si iudex in iudicio exteriori interroget de quocunque leui. Ratio Caietani est, quia tanta est obligatio dicendæ veritatis in iudicio, ut quanvis materia sit de se leuissima, tamen in iudicio efficiatur grauis. Itaque concludit Caietanus, quod quemadmodum per iurium non solum ex genere, sed in quacunque materia quantum cunque leuissima est semper mortale, ita mendacium in iudicio, licet sit sine iuramento.

¶ Sed re vera (ut bona venia dixerim) & ratio Caietani leuissima est, & opinio eius nullam habet probabilitatem. Imò credo, quod mendacium in iudicio potest esse veniale propter leuitatem materiae, si fiat sine iuramento. Et primò, Caietanus est contra Sanctum Thomam: qui, quanvis in illa solutione ad tertium absolute dicat, quod mendacium in iudicio est peccatum contra charitatem, tamen inferius. q.70. ar.4. exponit se dicens, q; est mortale ex genere: vbi subinde insinuat, q; in individuo potest esse veniale. ¶ Et arguitur ratione contra Caietanum. In materia fidei & charitatis & religionis potest contingere veniale peccatum ex leuitate materiae: ergo par ratione iniuria in iudicio & in sacramento potest esse venialis. Probatur antecedens. Nam furari ob-

lum in Ecclesia est solum peccatum veniale: & leuissime percutere clericum. Imo, in materia fidei posset esse tam leuissimum verbum, ut esset venialis heres: ergo contaminatio iudicij & sacramenti per mendacium, si leuissimum sit, esset venialis. ¶ Et secundo arguitur. Peccatum ex genere mortale dupliciter fit veniale: aut ex defectu plenæ deliberationis: aut ex leuitate materiae: sed potest esse peccatum veniale in iudicio ex defectu plenæ deliberationis: vt si subito & absq; consensu cogitet quis mentiri in iudicio & in confessione: ergo eadem ratione potest esse veniale ex leuitate materia. ¶ Et tertio arguitur. Quia si quodcumque mendacium in iudicio est mortale, tunc etiam tacererem leuissimam, quam quis teneatur, esset mortale: nam proinde est tacere & negare quod quis tenetur confiteri.

¶ Et quartò arguitur. Si quodcumque mendacium subditi in iudicio & in confessione est mortale, eadem ratione, quicunq; defectus iudicis & confessoris esset mortal: quia par ratione tenentur iudices fideliter tractare iudicia, quia subditi: consequens tamen nullus concederet. ¶ Et postremo peculiariter arguitur, quod negare peccata venialia in sacramento non sit peccatum mortale: quia illa non sunt de necessitate confessionis: & idèo si sacerdos interroget illa, pœnitens non tenetur respondere: atque adeo si respondens mentiatur, non peccat mortaliter, magis quam extra sacramentum. Nec facit satis responsio Caietani: videlicet, quod quanquam pœnitens non teneatur respondere, tenetur tamen, si respondeat, dicere veritatem sub peccato mortali. Fundatur enim Caietanus in hoc, quod sit iniuria grauius sacramento: & tamen argumentum probat, quod postquam pœnitens non necessario subditur confessori in materia venialium, non est mortalis iniuria mentiri in illa materia.

¶ Vnde ad argumentū Caieta conceditur, q; grauius est mentiri, etiam citra perjurium, in iudicio, quam extra: & grauius in sacramento, quam in iudicio exteriori respectu: scilicet, quod veniale est grauius, & mortale grauius, non tamen ita vt in vniuersum mendacium, quod est veniale extra iudicium: fiat mortale in iudicio: nisi sit in materia principali, aut in his quæ possunt facere indicia, aut coniecturas pertinentes ad rem: vt si homicida legitimè interrogatur vbi erat tali hora, an talis gladius sit suus, tenetur sub mortali dicere veritatem, quemadmodum si interrogaretur de homicidio ipso de quo est diffamatus: quia illæ sunt, coniecturae homicidij. ¶ Ad aliud de perjurio

concedimus omne perjurium esse mortale, in re quantuncunque leuissima: quod propriè conuenit huic vitio, eo quod impietas perjurij stat in hoc quod Deus adducitur in testem falsi: & est falsitas in re leuissima, sicut in re grauius: & ideo tam iurat falsum iurans me non leuasse festucam (si leuaui) quam iurans, me non occidi disce hominem quem tamen occidi.

¶ Ex his sequitur tertia cōclusio. Si cōfessor noverit eum, à quo iuste & legitimè petitur testimonium, nolle confiteri veritatem non potest eum absoluere, antequām dicat testimonium, etiā si testimonium sit aduersus proprium caput: vt si homicida aut latro est in vinculis, & flagrat infamia, aut sunt indicia manifesta, aut semiprobatio (si proceditur via accusationis) id est, vñus testis omni acceptione maior, & petitur ab illo confessio, non potest absolvi antequām veritatem palam confiteatur. Et a fortiori si sit testis, cuius testimonium requiritur aduersus alium. Probatur: quia persecuerans in peccato nullatenus absoluendus est: sed legitimè interrogatus, non respondens secundum formam interrogationis est in peccato: quia implicat contradictionem, quod quis sciat se iuridice interrogari, & tamen, quod non teneatur respondere: ergo huiusmodi homo non est absoluendus. At vero cauendum est illis: ne imprudenter reuelent crimina: sed si reus noluerit patere iudici, non absoluant, & taceant: eo vel maxime, quod iudices vtuntur illa cautela, vt fingant se velle occidere inconfessos: ex ratione, vt patet faciant delicta. ¶ At vero quia res est præcipui momenti, cauendum est confessoribus ne sint præcipites: id præsertim in causa mortis: aut vbi agitur de honore & fama. Primo, vt interrogatus teneatur responde, requiritur, quod interrogans sit verus & legitimus eius iudex. Vnde qui aliquo priuilegio exēpti sunt: vt putā si clericus interrogatur de criminis à iudice seculari: aut si reus per iniuriam extractus sit ab Ecclesia, quāvis esset infamia, adessent q; alia iura interrogandi, iūste potest veritatem, citra mendacium celare: & quanvis neget, mendacium non est nisi officium & veniale, nisi intersit iuramentum. Et præterea, esto interrogatur à vero iudice, requiritur vt circumstant merita quæ suprà statuta sunt: nempe, si processus fiat per correctionem fraternalm requiritur, quod reus prius admonitus à prælato sit rebellis, & sit alius testis saltē præter denuntiantē, alias prælatus non potest tanq; iudex eū interrogare. Si vero procedatur via accusationis, requiritur semiprobatio, aut manifesta indicia. Quod si procedatur

3. Cōclusio

tur via denuntiationis canonicae & inquisitio-
nis, requiritur, quod præcesserit infamia, quæ
non à dyscolis, sed à fide dignis emanauerit: &
præterea, quod infamia sit iuridicè probata,
falsè per duos testes iurantes se audiuisse à
pluribus personis fide dignis: vt doctores ad-
notant Decretorum cap. Inquisitionis. & cap.
Qualiter & quando. De accusatq. adeò, vt pro-
be notauit dominus Caieta. 2. 2. quæst. 69. art.
2. antequam reus teneatur respondere requi-
ritur, vt ei constet iudicem iuste & legitime in-
terrogare. Cuiusratio præstœst: nam quem-
admodum nemo tenetur legi ante eius pro-
mulgationem, ita nullus tenetur parere, nisi
constet eum qui libet esse prælatum, & iuste
præcipere. Et quanquam vbi nullum est peri-
culum in praetanda obedientia, non exigen-
dum est à prælato, vt ostendat se iuste è præci-
pere: tamen vbi agitur de periculo subditi, non
tenetur aduersus se respondere: imo nec testis
aduersus alium in regravi, antequam illiuri-
dice constiterit iudicem iure præcipere. In quo
vitam non sit abusus iudicium, qui miseros
homines compellunt crimina confiteri, ante-
quam eis notum faciant ius quod habent in-
terrogandi. Et addiderim ego quèd in redubia,
an videlicet iudex iuste inquirat nec ne,
declinandum est in fauorem rei, maximè in
causa mortis: quia peius esset in tali casu oc-
cidere hominem, quam non patere iudici: &
iura, potissimum in causa capitis, permultum
fauent reis: de quo amplius in membro tertio.
quæstione. 2. ¶ Hæc autem dicta sint, quando
crimen non est eorum quæ vergunt in perni-
ciem publicam: in quibus, vt supra dictum est,
non requiritur tanta solennitas iuris adinter-
rogandvm, aut reum, aut testes, quanta in cri-
minibus priuatis: vt legibus optimè sancitum
est: nempe, de crimine læsa maiestatis in Ex-
travagan. Ad reprimendum. & de hæresi. ca. si.
De hære. lib. 6. vbi habetur, quod in inquisitio-
ne horum criminum procedi possit simpliciter,
& de plano & absque aduocatorum & iu-
dicatorum strepitu & figura. Et subiungitur il-
lic, quod nomina testium & accusatoris non
teneantur inquisitores manifestare hæreticis,
quando testibus imminent periculum ab hæ-
reticis: vt potesi essent personæ potentes. Vnde,
à contrario sensu colligitur, quod quando non
imminent periculum, aut adest alia iusta causa,
debent manifestari nomina testium accusatis,
anteq. interrogétur de positionibꝫ. ¶ Ex his col-
ligitur hoc comméndandum corollarium, quod
quanuis in principio litis, & à reo, & ab aeto-
re exigitur iuramentum calumniæ, vt habetur

Quæstio septima.

in authen. Vt ligantes iurent. &c. de iuré iur.
propter calum. l. Cum & iudicis. & extra. De
iur. calum. capit. 1. & vna pars iuramenti fit,
quod interrogatus non negavit, quod verum
esse credit: tamen si postea accusatus interro-
getur de aliquo præter ius, non tenetur respon-
dere, nec quanquam neget est per iurum. Ver.
gra. Iuramentum calumniæ exigitur sub clau-
sulis generalibus: putà, quod iurans credit se ha-
bere bonam causam, quod interrogatus non
negabit, quod verum esse credit &c. Et ideo
nihil periculi est, si exigatur statim in princi-
pio, ante publicationem testium. Sed si postea
vigore illius iuramenti interrogatur reus in par-
ticulari de aliquo occulto crimen, de quo non
est infamia nec indicia, quanquam celet non
peccat, nec quāvis falso neget, facit contra iu-
ramentum, sed est simplex mendacium offi-
ciosum, & veniale. Probatur: quia iurans se non
negaturum veritatem, intelligebat de veritate
quæ interrogaretur legitimè & iuridicè: & quā
vis ipse non intelligeret, tamen iura id inter-
pretantur. Aliud esset si iuramentum exigere
tur in particulari: putà, an occidisti Petrum:
nam tunc, quanquam exigeretur contra ius,
peccaret mortaliter qui iurasset tūc falso: quia
nulla tunc potest singuli interpretatio, quæ ex-
cusasset à per iurio. ¶ Vnde rursus subsequitur,
quod quanvis in principio posset exigiab ac-
cusato iuramentum calumniæ, ante publica-
tionem testium & meritorum causæ, tamen
de positionibus in particulari non potest in-
terrogari antequam illi constet quo iure inter-
rogatur. ¶ Sed oriuntur hic egregia dubia
tam circa reum, quam circa testes. Primum
dubium est non dissimulandum: vtrum quan-
do fit inquisitio de crimen læsa maiestatis
aut hæresis, vbi non requiritur tanta solenni-
tas ad inquirendum, teneatur reus occultus qui
non laborat infamia nec indicijs, si forte interrogatur,
confiteri proprium crimen. Exempli
gratia. Est notorium crimen læsa maiestatis:
aut hæresis: vtputà, quia productæ sunt in com-
pitis ciuitatis conclusiones hæreticæ: sed nul-
lus est in tota vrbe qui infamia laboret de illo
facinore, nihilominus fit inquisitio per urbem
(quam diligentissimè fieri condecet) interro-
gantur ciues, an sciunt quisnam sit in culpa, &
forte inter alios interrogatur ipse patrator sce-
leris, an teneatur confiteri se fecisse, cù nullala
boret infamia. Aut forte edicto publico & ge-
nerali iubet, vt quicq; scuerit aliquod crimen
illud denunciet: an teneatur reus denunciare se.
¶ Et ad partem affirmatiuam est argumen-
tum: nam certissimum est, vt enuntiavimus
conclu-

conclusione prima, qd; in quocunq; casu iudex iuste interrogat, subditus tenetur respondere: sed in tali calo iudex propter evidentiam & atrocitatem criminis, iuste interrogat absque speciali infamia: ergo & reus constringitur respondere. ¶ Et confirmatur: quia testes tenentur respondere: imò iniussi tenentur denuntiare, ergo reus paci ratione, saltè interrogatus tenetur se prodere. ¶ Et confit. secundo: quia, vt diximus quæst. proxima, evidētia facti valet pro accusatore: sed si ille esset accusatus teneretur responder: ergo. ¶ In contrarium est, quia iugum Domini suave est: res tamē esset grauissimā obligare quempiam, vt absq; aliqua infamia vel in dictijs se pdat: imò hoc videtur contra ius naturae: nam id perinde esset, atq; obligare aliquem vt se occideret: quare S. Thom. 2.2. q. 69. ar. 2. vniuersaliter dicit, quod reus non tenetur respondere sine infamia, aut in dictijs, aut semiprobatione. ¶ Respondet ergo vt diximus quæstione præcedenti, quod quantuncunq; sint crimina huius modi aduersus Remp. nihilominus nō potest reus interrogari sine aliquibus dictijs aut infamia, aut coniecturis quæ ipsum propriè insinuent: licet forsitan non requirantur tam manifesta quæ in criminibus priuatis. Sed tamē possunt interrogari testes: imò edito publico posset in dicti, vt quicunq; scientes deauntiēt: nam ipsi iniussi id tenentur denuntiare. Et ita intelliguntur iura citata, quæ dicunt sine strepitū iudiciorum licere inquirere. Neq; est par ratio de teste & de reo: nam testis ad obuiandum malo publico, de quo semper præsumitur periculum in futurum, tenetur denuntiare: sed reus, quia potest cessare à malo futuro, & scire nullum ex parte sua superesse periculū, non tenetur illa ratione se prodere. In quo causa non absurdè potest intelligi illud Chrysost. quod citatum est in secundo argumēto. Nō tibi dico vt te in publicum prodas.

¶ Vnde ad formam argumenti respondet, quod iudex iuste interrogat, tanquam testes, sed non tanquam teos, & ideo testes tenentur denuntiare alios: sed reus nō tenetur prodere: imò iuste potest celare crīmē dicendo se nescire, quis fecit: quia nescit vt dicat, vt infra dicimus: & si dicat sine iuramento se non fecisse, solum erit peccatum officiosum & veniale.

¶ Et per hoc respondet ad primam confirmationem: nam secund nona est ad propositionem: tunc enim evidētia non indiget accusatore, quando scelus est notorium & patrator sceleris. Alterum dubium est, si fallo procedatur aduersus innocentem, & interrogetur

de aliquo quod verè fecit: quod tamen esset sufficiens indicium, vt cōinceretur de crimen quod non fecit: vtrum teneatur fateri veritatem? ver. gra. latrones occiderunt hominem in via, gladio forte innocentis hominis, qui tunc illac transibat. Innocens ille accusatur postea cum falsis testibus de homicidio, & interrogatur de illo. Verè negat. Sed rursus interrogatur an tali hora transiuit illac, & an gladius qui inuenitus est in cadavere sit suus? Vt trū tencatur confiteri. Videtur quod sic. Nam iudex iuste & legitimate interrogat, postquam procedit secundū allegata & probata.

¶ Respondet, quod nō tenetur confiteri, si periculum subiret, vt propter illam confessiō nem condemnaretur de homicidio: nam index non interrogat legitimate, nisi quia procedit ex falsa præsumptione: & ideo subditus nullam faciat injuriam celando: & si negaret sine iuramento, solum esset mendacium officiosum & veniale. ¶ Eodem modo si innocens falso accusatur de adulterio, & ad illum finē interrogatur an intrauerit tali nocte, nō tenetur respondere: nisi forsitan manifeste se posset compurgare. ¶ Sed de testibus est tertium dubium, vtrum testis aliquando antequam sit vocatus, teneatur sua sponte offerre se ad dicendum testimonium, an non teneatur, quemadmodum reus nunquam vltro tenetur se prodere. ¶ Diuinus Thom. 2.2. quæst. 70. arti. 1. haec vtitur distinctione. Aut testimonium requiritur, i. petitur & exigitur auctoritate iudicis: & tunc non est dubium (quod in nostra prima conclusione assertum est) quin teneatur testis semper dicere testimonium, si legitimate interrogetur: putā de his quorum est infamia. Nam de occultissimis (inquit) aullus tenetur testimonium dicere. Si vero testis nō petitur, nec vocatur a iudice habente auctoritatem: tunc aut testimonium est necessarium ad liberandum innocentem ab iniusta morte, infamia, aut alio damno temporali, & tunc tenetur testis iniussus se offerre ad testimonium dicendum iuxta illud Psal. Eripi pauperem & egenum, de manu peccatoris liberare. Et insinuat peccatum esse mortale, si quis in tali causa non se offerret ad seruandum innocentem: nam dicit in virtute id esse, consentire in malū innocentis. Si vero testimonium sit necessarium, solum ad puniendum reum: tunc nullus tenetur se offerre in testem, nisi accessitus a iudice, quanquam reus sit legitimate accusatus. Et addit Sanct. Thom. quod testis non tenetur obuiare malo, quod incurreret accusans, si deficiat in probatione.

Dubium. Veruntamen dubium est circa primum mem-
brum, utrum si quis timeat se vocandum esse
in testem aduersus patrem, vel aduersus amicū,
possit se abscondere. ¶ Respondetur, quod
si testimonium illius non est simpliciter neces-
sarium: quia possunt facile inueniri alii testes:
tunc non censetur grauis iniuria, si se abscon-
dat. Sitamen eius testimonium sit simpliciter
necessarium, tunc licet non teneatur se offer-
re, tenetur tamen non se abscondere per frau-
dem, maximè si testimoniu[m] est necessarium,
in favorem tertiae personæ quæ laesa est. Quod
velinde constat, quia si quis haberet instrumen-
tum quo scripta est ha[bi]tas, vel aliud quod
cunque ius tertiae personæ, & per fraudem il-
lud celaret, aut se absconderet, ne compellere-
tur exhibere, profectò peccaret contra iusti-
tiam, & teneretur ad restitutionem: ergo pari-
ratione peccaret, qui se abscondet ne diceret
testimonium necessarium alteri. Siverò solū
ageretur de pena aut punitione patris vel ami-
ci, non video quod esset peccatum, saltem mortali,
si se absconderet testis: dummodo damna
resistueretur. Vocatus in semper tenet copa-
rare. ¶ Sed maius dubium est circa secundum
membrum: ibi ait Sar. Et Thom. quod quicū
que tenetur, etiam non vocatus, se offerre ad
dicendum testimonium, ut libet proximum
ab iniusto domino, sub peccato mortali. Argui-
ture enim cōtra hoc priu[m]. Nullus tenetur suc-
currere proximo sub peccato mortali, nisi in
extrema aut saltem gravissimā necessitate: sit ergo
casus, quod innoçens est in periculo quo iniu-
ste muletatur. 30. aut. 100. ducatis, vnde cum
possum testimonio meo liberare. Ecce argu-
mentum. Si ille esset pauper qui alias indige-
ret illis. 100. aureis: dummodo non esset gra-
vissima necessitas, ego nō tenerer illi dare sal-
tem sub peccato mortali: ergo nec tenor in-
iussus dicere testimonium, ut leuem eum illo
damno. ¶ Et secundò arguitur. Si quicunque
teneretur se offerre ad dicendum testimonium
in causa innocentis, sequeretur, quod astringe-
retur subire quodcumque detrimentum, vt di-
ceret tale testimonium: quia precepta natura-
lia non sunt prætermittenda propter aliquod
detrimentum: sed consequens est falsum: ergo
& antecedens. Probatur minor. Si ego non
possem dicere testimonium ad liberandum in
nocētem sine periculo vite: quia videlicet pars
aduersa me occideret, aut alia me afficeret in
iuria, certe nō tenor diceret testimoniu[m]: imo
si non possem dicere tale testimonium sine
periculo patris, aut amici, non video mihi
ad id obligari. Vt si pater, aut amicus meus oc-

Quæstio septima.

cidit hominem coram me, & innoçens accusa-
tur de illo homicidio, & ego non possum testi-
ficari illum esse innoçem, quin patrem, aut
amicum coniœciam in vehementem suspicio-
nem homicidij: atque adeò in periculum capi-
tis: certe nemo me censeret iniustum si nō me
offerrem ad proferendum tale testimoniu[m].
¶ Respondetur, Primum, aliter tenetur dicere
testimonium testis, & quisitus, & interrogatus
à iudice, aliter is qui à iudice non accersitur.
Nam primus tenetur de iustitia: sed tamē qui
non vocatur à iudice, solum tenetur se offerre
ad liberādum innoçēt ex charitate: quod est
maximè adnotandum. Sicut tenetur quicun-
que extinguere ignem ardētis domus vicini:
& arcere latrones à domo proximi: quia vni-
cuiq; mandatum est de proximo suo. Et ideò
qui non accersitur vel petitur à iudice, solum
tenet offerre se, sicut ad alia opera charitatis:
vt puta, si id posset cōmodè sine notabili de-
trimento: & alias non tenetur, nisi forsitan cri-
men vergeret in graue damnū reipublicae, vt
crimen hæresis, aut laſe maiestatis: quibus ma-
lis ciues tenentur occurtere, cum aliquo detri-
mento proprio. Sed tamen qui accersitur à iu-
dice: tenetur de iustitia comparere, & interro-
gatus dicere veritatem aduersus fratrem & pa-
trem, & aduersus proprium caput, si legitimè
interrogetur, vt suprà dictum est. ¶ Sed nun-
quid testis interrogatus à iudice, obstringitur
dicere testimonium cùm periculo proprij ca-
pit? Ver. gra. Ego sum testis homicidij perpe-
trati à Petro, & necessari: quia sine me homi-
cidium probari nō potest: sed si testimonium
dixero: certus sum me necatumiri ab amicis
Petri: utrum teneor testimoniu[m] dicere. A par-
te enim affirmativa est argumentum: quia le-
gitimè interrogatur à iudice: atq; adeò teneor
de iustitia patere. Sed à parte negativa est ar-
gumentum, quod lex esset grauissima, quæ mein-
tali casu obligaret subire mortem: cùm essem
innoçens. ¶ Respondetur, quod in tali casu te-
stis non tenetur dicere testimonium: quia iu-
gum Domini suave est: quod proinde nō præ-
sumitur nos obligare subire mortem in talica-
su. Quare eiusmodi testis posset se abscondere,
& vocatus fugere, & interrogatus occultare
veritatem: dummodo non mentiretur. Imo te-
stis posset eodem modo excusari à testimo-
nio dicendo, si timeret exceptionem à parte
aduersa, vnde grauissima notaretur.
¶ Ad primū ergo argumentū dubij principa-
lis respōdetur, quod arctius tenetur q[ui] libera-
re innoçēt em à damno. 100. aureorum, quod
acepit per iniuriam, quam à simili miseria,

quam

Membris secundi,

quam patitur in paupertate, licet ad utrumque teneatur ex charitate. Primo quia maior est necessitas proximi quando patitur detrimentum per iniuriā. Et præterea quia facilius quis potest succurrere proximo dicendo testimonium, ne priuetur. 100. aureis, quām dando illi eleemosynam. 100. aureorum. Quemadmodū ego teneor arcere latrones, si facile possum dum deprædantur domum proximi: & tamen post expoliationem non teneor dare tam largam eleemosynam. ¶ Per hæc quæ dicta sunt solvit dubium: utrum quando quis accipit damnum, eo quod ego non dixi testimonium, teneat ego restituere damnum. ¶ Respōdetur enim, q̄ si ego teneor de iustitia dicere testimonium, & possum dicere sine graui detimento meo: vt si ego legitimè interrogari a iudice & celo veritatem unde agitur damnum proximi: teneor quidem ad restitutionem. Si tamen solum teneor ex charitate: ut in casu secundi membris S. Thom. quia videlicet non vocor a iudice, sed tamen possum liberare innocentem: tunc licet peccatum contra charitatem, nō me offerendo, nō tamen teneor ad restitutionē. In tertio mēbro S. Thom. est præterea dubium, dum dicit quod nullus tenetur offerre se ad dicendum testimonium quod solum est necessarium ad puniendum reum legitimè accusatum: quanquam sit periculum accusanti deficiendi in probatione. Arguitur namq; Sunt casus in quibus quicunque tenetur accusare reum: vt putat de crimine quod vergit in perniciem publicam, vt quæstione, q̄ definitum est: ergo in eisdem tenentur testes testimonium dicere. Probatur consequens quia si ciues tenentur occurrere publico malo Reipublicæ accusando: ergo a fortiori, testimonium dicendo. Et præterea iniqua est conditio accusatoris & testis, si casu quo alter teneretur accusare, alter non teneretur testificari: nam tunc accusator sine culpa sua deficeret in probatione. ¶ Respōdetur eum dñs Caieta: in eodem loco, quod S. Thomas solum intelligit testem non teneri offerre se ad dicendum testimonium: vt reus puniatur, in causis priuatis: putat quando quis accusauit in causa propria, vbi non compellitur accusare: nam tunc ipse se obiecit periculo deficiendi in probatione: quia poterat non accusare: & ideo testis non tenetur liberare eum illo periculo.

At vero in casu quo quatenus accusare propter bonum publicum, non negaret S. Thomas testes teneri ad accusandum.

¶ Quarta & postrema cōclusio. Nihil obstat si des quā quis secreti promisit, etiā si iure iurando se astrinxerit, quominus teneatur secretū dete-

Quæstio septima.

75

gerē: si id modò in iudicio via & ratione petatur. Probatur: quia fides secreti & iuramenti non habet vim obligandi contraria ius: nec præiudicium parat iudicii, quin possit compellere subditos, quando necessum fuerit. Eadem ratione, vt diximus suprà, nulla fide aut in iuramento secreti obstante, tenetur quicunque etiā iniussus reuelare secretum, quod est in præiudicium Reipublicæ, aut tertiae personæ: quod notat S. Thom. 2.2. quæstio, 7. articul. 1. ad. 2. Attamen quod via sacramenti cōfessionis nouum est, nulla prorsus de causa reuelare licet, quanquam sit in præiudicium totius mundi: quod latius quæstio. Ultima tractabimus. Dōcendi tamen sunt literarum ignari, quod nō eadūt sub sigillo confessionis quæ vulgo dicuntur in confessione. Sunt enim qui ut arctius obligant ad secretum, signant se signo crucis, & flectentes genua dicunt se committere secretū in confessione: cum tamen, vbi quis non confitetur omnia sua peccata cum intentione accusandi se, nullum est sacramentum: atque adeo nec interuenit sigillum confessionis vt illud secretum reuelare sit sacrilegium. Quare illæ cæremoniæ non sunt permittendæ.

¶ Ad primum argumentum principale respōdetur per quartam cōclusionem, quam modò posuimus: officiū enim nullū est virtutis, nisi vestiatur debitum circumstantijs. Quare quicumque fidem suam alteri astrinxit, iure ipso interrete, intelligat id facere secundūlū, atq; adeo quando legitimè auctoritate iudicis reuelat secretū, nihil infidelitatis admittit.

¶ Et eadem ratione respondetur ad confirmationem: quia iuramentum non potest contrarius obligare.

¶ Ad secundum respondetur, q̄ quanquam id videatur durum, vt quis aduersus patrem, & aduersus proptium caput, dicat testimonium, tamen quia ad pacem & tranquillitatem reipublicæ necessarium est, nimirum si Deus iure naturali propter bonum nostrum id nobis praeparet. Naturale enim est, vt corpus mēbra propter suam salutem exponat. Atqui illud Chrysostomi: Non tibi dico vt te prodas, solum id sonat, vt nullus sua sponte, nisi auctoritate publica legitimè compulsus se in publicum producat: sed fatis est si fæcerdoti tanquam Deo secreto confiteatur.

¶ Ad tertium respōdetur, q̄ nō solum tenetur qui legitimè interrogatur non negare veritatem, (quod esset mēdiacū) sed etiā tenetur non tacere aut ecclæsiæ per quævis cā responsionē: quia licet tacere non esset mendacium, lesset tamē in iustitia & inobedientia.

E. ¶ Ad

¶ Ad primum membrum confirmationis iam responsum est; quod de genere suo negare veritatem in iudicio est mortale: sed tamen in indicio viduo potest esse veniale, propter paucitatem materiae. Ad alterum respondet S. Thom. 2, 2; quæstio. 69. atticu. 2. ad primum, qd; quam reus qui legitimè accusatur, peccet colludendo cum accusatore, id est, componendo pacem cum illo, nè accusetur, tamen non imponitur ei pena legis, sicut accusatori si colludat cum accusato. Quia, cum omnium terribilium terribilissimum sit mors, indulgendum est accusato, si recusat mortem, quāuis eam digne fuerit merititus. Quod tamen dicit S. Tho. videlicet tam reum quam actorem peccare colludentes, super nos expoliamus, ut intelligatur quādo accusator tenetur, accusare: putandum crimen est in perniciē publicam: quia in criminibus priuatis nullum peccatum est, accusatorem celare ab accusatore: atque adeo nec accusatum componere pacem cum accusatore. Et hæc de secundo membro;

Q. V. AB. S. T. I. O. P. R. I. M. A.

Verum qui præter ius interrogatur de secreto crimen, respondere tenetur veritatem. ¶ Ad partem affirmatiuam arguitur primò. Apostolus Cor. Hos. 3. Filij (inquit) obedite parentibus p omnia. & subdit. Serui obediunt per omnia dominis caritatibus. &c. Petri. 2. Serui subditi effete in omnimodo domini, nō tam umbris & modestis, sed etiā discolis. ergo quicquid prælati, etiā iniqui, præcipiant, tenemur patere. ¶ Secundò arguitur. Prælati sunt ministri Dei, secundū illud. 1. Corinthi. 3. Sic nos affluer homi sicut Dei ministros. & Gal. 4. Si erit angeluni dei exceptistis me, si cū Christum Iesum, ergo prælatis ut deo obediendum est: sed Deo obediendum est ad notum: in honore nostrum obedientia Abraham commendatur, quod cū filium innocentem iuberetur occidere, quod iuri naturalitam apparebat contrarium, nihil enim status parere paruit ergo & prælatis ad nutum est obediendum.

¶ Et tertio ad rem proprius arguitur. Iudicium atq; prælatorum munus, est bonos facere ciues, vt author est Aristot. Ethico. sed multo eos facerent meliores, si omnia subditorum criminia essent illis manifesta: nam tunc cognoscerent gregem intus & in cute: & quauis non possent scena criminia iuridice punire, iuarent tamen subditos, tanquam patres consiliorum.

Quæstio prima. M

Si quis & exhortationibus: ergo commodum est, sed subditis, si ius est prælati quodcumq; secretum crimen interrogare: atque adeo est subditis obligatio veritatem respondere.

¶ Et confiematur. Media ordinantur in finem: finis autem ciuilis vita est, ut tuius boni sint: at si subditi tenerentur quāuis occulta criminia prælati patefacere, revera illo metu deterrentur à peccatis: nā, vt sexta quæstione præcedenti, mēbri adnotauimus, propterea deus in antiqua lege voluit, vt occultum adulterium mulieris sacrificijs detegretur, & peccatum secretum anathematis diuulneretur sortibus, vt nec in abscondito, quis auderet id genus flagitia perpetrare: condecet ergo vt prælati quevis subditorum peccata cognoscant: atque adeo subditi tenentur ea quālibet occulta revelare.

¶ Sed in contrarium est, quod oportet deo magis obedire quam hominibus. Actuum quinto, ergo quando prælati quid contra ius præcipiūt non est illis obsequendum: quia infideliter gerunt ministerium dei.



Ostquām superiori membro pro captu nostro tractauimus rationem de tegendi secretum, quādo via & iure inquiritur, subsequitur, vt in hoc membro tertio rationem tegendi perse quamur, nempe quando quispiam contra ius de secreto interrogat. Vbi quatuor disputabimus quæstiones: primā, quādo quis per manifestā iniuriā interrogatur, an teneat respōdere: secundā, an semper in re dubia teneamus veritatem fateri prælati: tertiā, quib; amphibologis se possit subditus iniuste interrogat protegere: atq; adeo postremā, quid prius perpeti debeat homo, quam secretum pandat, quando iniuste interrogatus non se potest defendere.

¶ Ad primam ergo quæstionem respondetur quatuor conclusionibus. Prima. Extorquere secretum alienum præter ius, est genere suo graue peccatum mortale. Probatur. Extorquere secretum crimen alienum è genere suo est in detrimētum famæ: sed damnum in fama est graue, cū fama sit præcipuum hominis: ergo illud est contra charitatem, atque adeo peccatum mortale. Adde quod extorquere secretum ab homine grauius est, quam revelare secretum alienum, verbi gratia, quis ponte sua revelat secretum alienum, & qui fraude aut vi compellit alium, vt revelet secretum, utique genere actus peccat, contra famam proximi: nam ex cognitione criminis quod p roxi me sequitur, est infamia illius qui crimen admis-

1. Cōclusio

admisit. Alia verò damna consequuntur non nunquam de per accidens: sed qui per fraudem & maximè qui per vim secretum extorquet, grauius peccat ratione violentiae: quæ potissimum causat inuoluntarium: atque adeo auget iniuriam. At verò quemadmodum reuelare se cretum alienum ex genere suo leuius peccatum est, quam homicidium aut adulterium, grauius verò quam furtum, ut dictum est quæstio. 2. membra primi. ita & extorquere: quia utrumque est contra famam proximi: quod est bonum medium inter vitam & bona exteriora

2. Cœlūsio temporalia. ¶ Secunda conclusio. Prælatum aut judicem extorquere præter ius secretum à subdito, grauius peccatum est, quam si persona priuata id faceret. Primò, quia prælatus qui est virtutum exemplar, arctius obligatur ad omne officium virtutis, quam priuata persona. Et præterea, quia magis tenetur diligere subditum (ut pote tāquam filium) quam priuatus homo proximum suum. Et postremò quia prælatus est custos iustitiae, ad quem ciues concurrunt tanquam ad iustitiam animatam, ut dicit Arist. quinto. Ethicorum. ob idque si quid contraiustitiam committit in subditos, multò grauius peccat quam si persona priuata id faceret. Quod utinam iudices & magistratus oculos temper haberent.

3. Cœlūsio ¶ Tertia conclusio. Subditi non tenentur obediere prælatis, præcipientibus secreta pandere contraius: quod latè superiori membro expositum est: ut putà vbi non præcessit infamia, aut indicia, &c. Intelligitur quando constat subdito iniustitia prælati: nam quādo est dubium, id disputabitur quæstione sequenti. Probatur. Iudex est lex viua (ut inquit Arist. quinto. Ethico.) lex autem nulla est obligatoria, nisi quatenus deriuatur à lege diuina: quæ est prima regula omnium agendorum: ut docet S. Thom. 1. 2. quæstione. 93. artic. 3. quemadmodum omnia mobilia naturalia mouentur à primo mobili: ergo quando prælatus præcipiat aliquid contra ius, tunc præceptum eius non est obligatorium: quia non est secundum legem diuinam: & per consequens, nec subditi tenentur tunc parere. Vnde glossa Augustini super illud Roma. 13. Quiresistunt: ipsi sibi damnationem acquirunt. Si quid (inquit) iussit: scilicet potestas quod non licet hic sanè contemne potestatem, timendo potestatem maiorem. Et infert. Ergo si aliud imperator aliud Deus iubeat, contemptu illo obtemperandum est Deo. Et explicatur aliter hæc ratio. Iudex nullam habet virtutem mouendis subditos, nisi per iustitiam, cuius est cu-

stos: sicut cœlum per motum & calorem mouet ista inferiora: ergo quando aliquid præcipiat contra iussitiam, nullam habet virtutem motiuam: sicut cœlum sine calore & motu non moueret. Et secundò probatur. Sicut qui iubetur aut interrogatur à non suo iudice, non tenetur parere: ita nec qui interrogatur à iudice contra legem: si quidem iudex non potest nisi per legem obligare. Quare. 32. distinctione capitul. Erubescant. habetur, quod secretorum solus Deus est iudex: ac si dicat: qui de occultis præter ius interrogant, in hoc non sunt iudices. ¶ Et postremò arguitur. Quemadmodum, ut quæstione proxima diximus, repugnat, prælatum quicquam iuste præcipere, & subdito licere non obedire (quia tunc bellum esset iustum ex utraque parte) eadem ratione repugnat, prælatum quicquam iniuste præcipere, & subditum obligari ad obedientiam: quia sicut lex iniusta non obligat, ita nec præceptum iniustum. Vnde idem canones: putà Inquisitionis, & Qualiter & quando. El segundo. De accusatio. qui cohibent prælatos contra ius inquirere, faciunt subinde subditis facultatum contra ius non respondendi.

¶ Quarta conclusio. Quanvis prælatus inter 4. Cœlūsio roget secretum crimen sub sententia excommunicationis, vel sub quacunque alia poena: si modò constet crimen esse occultum, nechabereius inquirendi, non tenetur subditus obediere, nec propterea incurrit in foro conscientiae sententiam excommunicationis. Conclusio manifestè consequitur ad præcedentem: nam excommunicatio nullatenus incurrit: nisi propter inobedientiam: ut habetur Matthæi. 18. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. & capitul. Nemo episcoporum. 1. quæstio. 3. habetur nullum posse excommunicari, nisi manifesta peccati causa: sed quando iudex contra ius quid præcepit, tunc subditus qui non paret, nec est inobediens nec peccati reus: ergo nullatenus potest excommunicari. Et secunda quæstion. 1. capitul. Multi, habetur quod nullus possit excommunicari, nisi sit sponte confessus, aut in iudicio conuictus: quod in casu conclusionis non contingit. ¶ Syllester in verbo, Corretio. §9. afferens prius hanc nostram conclusionem, adnotat præterea, quod quanvis prælatus in aliquo casu non posset cogere subditudem ad reuelandum secretum, si id nihilominus præcipiat sub sententia excommunicationis, parere debet subditus, alias incurrit excommunicationem quantum ad poenam, li-

Dubium. cēt non cōmittat culpam. Quibus verbis submouetur vulgata illa quæstio, an sententia excommunicationis iniqua, quando non est nulla, nec continet intolerabilem errorem liget. Quam nos in quart. distin. 8. latè disputauimus, vbi eam tractant theologi: canonistæ & vero. i. quæstio. i. capitul. i. & capitul. Qui iniustus. & ca. Sacro. De sententia excommunicationis. ¶ Notant doctores tres gradus peruersæ sententia excommunicationis. Estenim sententia nulla: vt putat, quæ à non iudice procedit: & est sententia continens intolerabilem errorem: vt putat, manifestissimum omnium iudicio, licet procedat à verò iudice: & est sententia iniusta citra intolerabilem errorem: aut ex parte iudicis, quia scilicet ex odio prolatæ: aut ex parte causa, vt pote quia aut nulla est, aut non legitima: aut ex defectu ordinis iuris: vt docet S. Thom. 5. distin. 88. quæstio. 2. articul. 1. quæstio. 4. Dicit ergo Syluester loco citato: vt per seueremus in exemplo de secreto, quod si quis præcipiat illi qui non est ei subditus, sub sententia ex communicationis reuelare secretum, tunc non obediens non incurrit sententiam, quia est nulla: itidem si prælatus præcipiat sub sententia excommunicationis, vt quicunq; subditorum sciuerit aliquid crimen illud pandat quanvis nulla sit infamia, aut indicia, nec illud possit legitimis testibus probari: tunc subditus non obediens non incurrit: quia illa sententia continet intolerabilem errorem. Qui enim probare non potest crimen, nullo modo tenetur denunciare, nisi forsitan in correctione fraterna. At verò si prælatus iussiterit sub sententia excommunicationis, vt quicunq; sciuerit crimen quod legitimè potuerit probare, quanvis nulla sit infamia aut indicia: tunc (inquit) sententia quidem iniqua est: quia nullus potest compelli manifestare crimen quod non laborat infamia aut indicis: tamen quia sententia nec est nulla, nec continet intolerabilem errorem, ligat. & intelligit quo ad poenam.

¶ Adrianus in quolibet. quæstio. 6. mouet in genere, vtrum sententia excommunicationis, quæ nec est nulla: nec continet intolerabilem errorem obliget in conscientia. Et dicit. S. Thom. & Palud. & Richard. in. 4. distin. 18. tenere partem affirmatiuam: & Alexand. quart. P. quæstio. 82. membro. i. quibus tamen ipse contradicit. Et idem videtur tenere Gratianus. 11. quæstio. 3. cap. Qui iustus est, quem sequuntur multi canonistarum, confirmantes suam sententiam illo celebrati dico Gregorij, quod refertur eadem causa & quæstione capit. 2. Sententia pastoris, sive iusta, sive iniusta, timen-

Quæstio prima.

da est. At verò quia hic non est locus disputationis, dihanc questionem, satis est si dixerimus quæ ad rem pertinent præsentem. Primum omnium certissimum est, nec vlla potest ratione dubitari, quod vbi simplex præceptū non obligat, quia procedit ab iniusta causa, illic nec sententia ex communicationis potest ligare in conscientia, vt sit culpa non obediens: nisi modo cesseret contemptus. Verbi gratia, in casu posito Sylvestri, si prælatus præcipiat sub excommunicatione subdito reuelare secretum, quod nec infamia laborat nec indicis, quod tamen possit legitimè probari, sententia illa non obligat ad culpari, nec est aliquod peccatum non obediens, hoc est manifestum: quia nullus potest excommunicari nisi propter inobedientiam: vt iam modo dicebamus, iudex verò obligare non potest nisi per legem & iustitiam. Quando ergo quid præcipiat contra legem, nulla est obligatio præcepti, atque adeò nec in subdito est peccatum inobedientia, licet non pareat. ¶ Et confir. quia aut iudex procedit ex falsa præsumptione, putans habere ius, quod tamen non habet: & tunc claram est quod non ligat innocentem, postquam si veritatem nosset, non excommunicaret innocentem: aut procedit ex passione vel malitia, & tunc à fortiori non ligat: nam quis dicat iniquitatem iudicis contra ius ligare subditum quoad culpā? Vnde Gelasius Papa. 11. q. 3. c. Cui est. Si iniusta (inquit) sententia est, tanto curare eā non debet, quanto apud deum & eius ecclesiā neminem potest grauare iniquitatem. Ita ergo ea se non absoluī desideret, quia se nulla tenus prospicit obligatū. Et August. eadē causa & q. c. Illud planē. Si quis fidelius iniuste fuerit anat hematizatus, potius ei obierit qui facit, quod qui hanc patitur iniuriā. Et Hierony. Qui non recto iudicio foras mittitur, si non ita egit ut mereatur exire, nihil laeditur, ex eo quod non recto iudicio ab hominibus videtur expulsus. 24. q. 3. c. a. Si quis non recto. Nihil ergo ligat sententia ex iniusta causa procedēs, quoad culpā, si non obediatur. Eadē ratione si sit iniqua ex defectu notabilis ordinis iuris. Secus si fuerit iniqua ex intentione iudicis: quia videlicet ex odio fert illum: nā tunc nihilominus ligat, si alias est iusta. Nec est aliquis (quod ego viderim) qui oppositū huius teneat. Quocircum Adria. ait quod S. Thom. & alij quos citat, videntur tenere sententiam ex communicationis iniquam ligare in conscientia, si intelligat illos tenere esse culpam non obediens, certe id falso illis imponit: nam verba. S. Thomæ. in loco citato sunt hæc. Quando sententia excommunicationis est iniqua ex parte causæ, aut ex defectu ordinis iuris, dum

dum tamen non sint nulla, tunc habet effectū; & subditus debet obedire, & erit ei ad meritū & vel absolutionem petere, vel ad superiorem recurrere. Non dicit quod erit culpa non obediens: sed quod erit meritum pati illam poenam iniuste: scilicet, non cōmunicare sacrī. Et hæc est intentio Alexand. Richar. Sylvestri, & credo Gratiani & omnium.

¶ Ex quo sequitur secundò, quod si verum sit excommunicationis sententiam aliquo modo iniquam ligare, intelligendum est in foro exteriori quoad poenam: ut in exemplo positō, si prælatus præcipiat subditum reuelare crimen quocunque, quod probare possit quan uis nō flagret infamia: certè nulla culpa est nō obediens, tamen qui inuentus fuerit non obediens, excludetur à sacrī, & à fidēlium communione: quia non admittetur excusatio subditū dicens non teneri, quia nulla erat infamia, nec indicia: nam præsumēdum est iustum esse præceptum prælati: alias deberēt prælati quotiescunq; quid præcipiant, manifestare quo inre id faciant: quod esset in detrimentum gubernationis. Et propterea dicit S. Tho. quod erit meritum subdito pati illam poenam iniuste.

¶ Sed addiderim tertio, quod eiusmodi iniqua sententia, excommunicatio non priuantur suffragijs & orationibus ecclesiæ: ut scitè notauit Adrianus loco citato, & Palud. 4. distin. 8. quæstio. 1. cōclusione. 4. Nam ecclesia non cesetur iniuste velle quenquam ledere, in re tam graui. Nec oppositum huius (putò) sentit S. Tho. vt Adria. illi impingit. Nūquā enim dixit S. Tho. quod taliter excommunicatus priuatur suffragijs ecclesiæ: sed verba eius loco citato in solutio. ad. 1. sunt hæc. Excommunicatio gratiam Dei subtrahit, nō gratum facientem, sed aliquā dispositionem illius: putā cōmunicationem in sacrī & cum fidelibus.

¶ Postremo notandum est, q; si quis sentētiā excommunicationis, quamlibet iniquam cōtem nat, cōtemptus erit peccatum: ut putā si negligat absolutionem petere ad cautelam, cū facile posset: ut si in publico dicat se nihil facere iudicem &c. Et hic est sensus verborū Gregorij. Sē tentia iudicis, siue iusta siue iniusta, timēda est: id est, non contempnenda.

5. Cōclusio ¶ Quintam & postremam cōclusionem principalem adiecerim. Quando iudex iniuria extorquet secretum subditi, nō potest forte per illam cognitionem ultraprocedere, sed quicquid inde dimonet iniustum est. Verbigratia. Si iudex tormentis sine infamia & indicjs, in iuste extorquet crimen, non potest, aut ad punitionem, aut certè ad inquisitionem proce-

dere, quanquam reus manifestet testes, per quos potest conuinci: saltem si secretum extortis per metum grauem: & præterea, si non sequatur scandalum propterea quod non punitur. Probatur conclusio. Quicquid ex iniuria iudicis manat iniustum est: nam iniustitia causæ permanet in effectu: ergo quando cognitio criminis est iniusta, quicquid inde procedat est iniustum: atque adeo quassandum & irritandum. Dixerim, si per grauem metum extorqueatur: nam si iudex leuiter minaretur tormenta subdito, nisi crimen proderet, atque adeo subditus ex leuitate animi illud proderet, & detegeret testes & indicia, non sum adē certus, quod non posset iudex procedere ad inquisitionem. Nam quanuis iudex aliquam tunc fecerit iniuriam, tamen non tam censem iudex extorsisse, quām reus libere propalasse.

¶ At cōtra cōclusionem est gracie argumentū. Esto, iudex per grauissima tormenta extortisset ab aliquo crimed occultū, atque adeō indicia, & testes quibus possit conuinci. Tunc videtur, q; iudex non posset deserere causam, & cessare à vindicatione sine graui scandało: & maximē si crimē illud esset fœdissimum, ut grauissimus incestus, aut peccatum cōtra naturam, quod per cōfessionem ipsius rei esset iam publicum, & certissimum in totū populo.

¶ Respondetur, q; forsitan in tali casu iuste posset procedere iudex ad inquisitionem & punitionem, ad sedādum scandalū: tamē si certe res est dubia: quā nos aliorū iudicio cōmittimus.

¶ Sed nascitur ex hac conclusione dubium, ytrū si iudex nouerit crimen aut indicia, per iniuriā quam non ipse, sed alia persona priuata intulerit, possit procedere ad inquisitionem & vindictam? Et videtur quod nō: postquam cognitio processit ex iniuria.

¶ Respondetur, quod iniuria illata extra iudicium a priuata persona: nihil obstat quominus iudex possit inquirere. Vt si Petrus secretō occidit hominem, & filius occisi suspicatus Petrum fuisse occisorem tormentis & minis extorqueat ab illo cōfessionem & testes quibus possit conuinci, & tandem eum deferat in iudicium, tunc posset iudex procedere: quia nihil sua interest quomodo alter extorserit confessionem. Hoc tamē vnum strictè admonuerim, vt si cognitio criminis (qualecunque sit) ortum habuerit ex confessione sacramentali, tunc (quicquid ille fuerit qui secretum aut extorserit aut propalauerit) nullatenus licebit ad inquisitionem aut ad poenam procedere iudiciale. Exempli gratia. Si sacerdos sacrile-

gus reuelauerit confessionem homicidij: ac de num per ora deuenerit in aures iudicis, consti teritq; iudici, via id sacramenti dimanasse, tūc nullo modo potest illud iudicia liter inquirere aut punire: & sacrilegium cōmitteret inquirendo aut puniendo. Probatur. Quæ in sacra men to sacerdoti deteguntur, dicunt tanquam Deo: ergo in quascunque aures eiusmodi secreta de ueniant, reputari debent acli prorsus nescian tur: quæ proinde si reuelentur, grauis fit iniuria sacramento & religioni. Et præterea oppo sito dato periret sacramentum confessionis: quod tamen summè necessarium est in eccl esia dei. Nā deterrentur homines à confessio ne, si vel suspicarentur aliquod inde detrimen tum eis posse villa via parari. Eadem ratione si laicus audiens cōfessionem quæ fit sacerdoti, confessionem reuelaret; atq; adeò si laicus ha bitum mentitus sacerdotis, confessionem au dret, & in publicum produceret, nefas esset iudi ci ad inquisitionem aut punitiōne inde pro eedere. Quocirca cauēdum præsertim est præ lati cūm aliquid via confessionis, siue per in iuriam, siue per imprudentiam confessorum aut confitentium nouerint, ne illud prætendat; iudicialiter aut inquirere aut punire. De quo la tiis quæstione ultima.

¶ Ad primum argumētum respondetur, quod verba Apostolorum id solum sonant; vt filii & subditip per omnia obedient parentibus & præ lati, in quibus iure illis subduntur.

¶ Ad secundū respondetur, quod quanvis prælati omnes sint Dei ministri, non tamen ha bent absolutam, & infinitam potestatem, si cūt Deus. Dei enim intellectus est regula infallibilis suæ voluntatis, vt quicquid ipse iud eauerit bonum, eo sit bonū & æquum, quod ipse ita iudicauit. Homines vero quia falli & fallere possunt, habent præscriptas regulas & leges: quas si prælati transgrediantur, non ha bent vim ligandi subditos: habent enim potestatem, non in destructionem, sed in ædificatio nem. 2. Corinth. 13.

¶ Ad tertium respondetur, quod quia in ho minibus nihil potest esse perfectum, ita prouidendum est huic bono, vt non detur occa sio alterius mali. Et in proposito, si omnes prælati perfectissimi essent, forsitan expediret vt omnes cognoscerent intima cordis subdi torum: vt per hoc subditi arcerentur à pecca tis: sed tamen cūm rari sunt illi, periculum es set ex alia parte, si scirent omnia occultissima peccata: nam forte illa imprudenter prode rent. Et præterea non esset tantus amor præ lati erga subditos: nam vix inueniret quos

Quæstio secunda.

posset ex corde diligere: adeò sunt multa oc culta hominum crimina. Et postremo. Iugum Dñi suave est: quare noluit obligare homi nes ad rem tam difficultem, vt prælatis occultis suna peccata manifestarent. Inde enim sacra mentum confessionis existimatur adeò diffi cile, q; homines obligat intima cordium confi teri: quæ proinde confessio soli Deo & eius vi ces gerenti fuit expediens vt fieret.

Q V A E S T I O S E C U N D A.



Trūm subditus teneatur obe dire prælato interrogant se cretum, quotiescūq; dubitat iure ne interrogetur, an iniuria. ¶ Ad partem affirmatiuā arguitur primò. Quicunque rem possidet, quāvis dubitet sua sit nec ne, iure vitur ea, quoadusq; certus sit sententia iudi cis, vel alia via, rem non esse suā: vt legitur vtro que iure. c. Svirgo. 34. q. 2. & glo. c. fin. de præ scri. &c. l. Qui scit. ff. de vñs. sed prælatus est in possessione respectu subditorū: ergo in redubia habet ius præcipiendi: & per cōsequens sub diti tenent tunc obedire. ¶ Et confirmat. Quia aliás sequeretur, q; prælati quodiescūq; quid iuberent, tenerētur manifestare quo iure id fa ciūt, anteq; subditit tenerentur obedire: quod in graue vergeret detrimentum gubernationis.

¶ Secundo arguitur. Coniux, dum dubitat an alter sit eius coniux, tenetur reddere de bitum petenti, eo quod est in possessiōe: vt ex presē iubetur. cap. Dominus. De secundis nuptijs. & cap. Inquisitioni. De senten. ex com. ergo pari ratione, postquam prælatus est in pos sessione, tenetur subditi ei parere in dubio.

¶ Et confit. Si princeps indicat bellum, edicat que ciuib; vt armentur ad illud, quanvis subditi dubitent iustum ne sit bellum, an non, tenentur nihilominus parere, & si forte prin ceps inique præciperet (nisi manifeste consta ret edictum esse iniquum) vt est sententia Au gustin. capitul. Quid culpatur. 23. quæstio. 1. (quis forsitan est sensus illius documenti. 1. Petri. 2. Serui subditi estote dominis, etiam dysco lis) ergo pari ratione, quando dubia est iustitia præcepti, tenetur subditi parere.

¶ Tertiò. Qui se exponit periculo peccandi, peccat, secundum illud Eccles. 3. Qui amat periculum, peribit in illo: sed quicunq; dubitans an præceptum sit iustum, si parere recusat, ex ponit se periculo non obediendi: ergo peccat non obsequendo.

¶ Et confirmatur argumento vulgato ad hoc propos

propositum. Quandocumque aliquis est dubius, an aliquid ei liceat (siue de iure, quæ sunt æquales rationes aut opiniones pro utraq; parte: siue de facto, ut cum quis dubitat, an infirmitas sua sit sufficiens ad frangendū ieiunium) tunc consilium est receptissimum, ut adueniente præcepto prælati, in illam partem inclinet subditus: quia cum rationes prius essent æquales, superueniens præceptum facit illam partem pondere rare præ altera: ergo eadē ratione quoties prælatus præcipitaliquid, & dubium est an ius habeat præcipiendi, parendum est illi.

In contrarium est, quæ ex duobus malis minus est eligendum: ut admonetur apud Aristot. 2. Ethico. cap. 9. & in octavo Toletano concilio. distinctè. 13. ca. Duo mala. sed quādoque dum quis dubius est an teneatur parere prælati, cōtingit grauius imminere periculum si pareat, quam si nō pareat: putà quia agitur de vita hominis, in quem nondum est certum eis crimen: ergo tunc non est illi obediendum.

Vaestio generalis est inter doctores, quam Adrianus Papa. quot. 2. tractat prolixè: sit ne obediendum prælati, vbi cunque dubium est an ius habeat præcipiendi. Et Syluester in verbo, Obedientia. §. 4. dicit omnes doctores tenere partem affirmatiuam. Fortè intelligit summiſtas. Adrianus verò in multis casibus tuetur partem negatiuam. Nos in præsentiarum nō versabimus casus vniuersos, sed illos qui peculiari ter spectant ad rem secreti tegendi, aut detegendi. Et in hac materia secretorum est sententia Petri de Palud. in. 4. distinctè. 19. quæſtio. 4. dicentes quod quando prælatus exigit secretum, tunc si certum est subdito prælatum iure præcipere, parere tenetur: sive rò certum est contra iura præcipere (quæ exposita sunt membro. 2.) obediens non debet: sed si dubium est vel iuriis velsacti, tunc præsumendum est de iustitia iudicis, & debet ei dicere veritatē. Cui sententia subscribit Syluester in verbo, Inquisitio. §. 3. & ferè Doctores canonistæ. Atqui si prælati illi essent, quos nulla ignorantia decipere nullaque posset corrumpere iniquitas, nulla esset tunc quæſtio, nec dubia esset sententia hæc, quæ afferit in dubio inclinandum esse semper in præceptum prælati: at qui prælati homines sunt qui & decipi & decipere facile possunt, maiori negotio versanda est quæſtio. Præmittendum est in primis, aliud esse habere dubium, aliud habere scrupulum. Dubius enim est ille, qui neutrī parti contradictionis assentitur, sed ita habet suspicuum.

ut in neutram præpondeat: ut ego modò sum dubius paria ne sint astra, an imparia. Scrupulus verò est (ut reor) formido vnius partis contradictionis, quæ statim cum opinione alterius: ut cum quis habet opinionem aliquæ contradictionis esse licitum, & formidinē de parte contraria, illa formido est scrupulus: qui potest esse maior aut minor, ut statim commonstrabitur, & de utroque scilicet tam de dubio, quād de scrupulo, dicturi sumus.

Sed notandum præterea, quod præceptum prælati, quando dubium est an ius habeat præcipiendi, bifariā potest accidere. Aut enim certum est & compertum opus illud quod præcipitur esse licitum, ita ut nullum sit periculum id fieri: aut opus tale est, ut periculum habeat ad utrāq; partem. His habitis respondetur ad quæſtionem quatuor conclusionib⁹.

Prima, quando præceptum est de re tutaybi. 1. Cōclusio nullum imminet periculum aut bono publico, aut tertiae personæ, in redubia ut plurimū obediendum est. Verbi gratia. Præcipit mihi prælatus studere, aut seruire infirmis, quæ sunt opera, vbi nullum imminet periculum, quanquam sit dubium an id possit præcipere, debeat obediens. Probatur, quia cum obedientia sit virtus perfectissima, nec debet subditus rationē omnium præceptorum exigere, nec prælatus tenetur reddere: maximè vbi id quod præcipitur licitum est: sub hac cōclusione cōprehēdimus casus designatos in ultima confirmatione, ad partem affirmatiuam quæſtionis: ut putà cum valetudinarius dubius est, debeat ne ieiunare, aut horas canonicas soluere: aut si sit dubium de iure: accedente autoritate prælati, illa pars est tenenda.

Quod si quis arguat non esse omnino tutam partem, quando præcipitur fractio ieiunij, propter dubium infirmitatis aut aliud huiusmodi: nam periculum est tunc frangendi præceptum ecclesiæ.

Respondetur, quod prælatus est sicut interpres Dei: & ideo vbi non est aliud periculum nisi fractionis legis, tunc periculum cessat: quia præceptum prælati habetur pro interpretatione legis. Secus quando est periculum damni re publicæ, aut tertiae personæ: ut diximus in cōclusione. Addiderim tamē: ut plurimum: quia nec in vniuersum obediēdū est in re dubia, quā uis nullū sit periculū: ut putà si res est molesta nimis & difficilis subdito. Si enim mihi prælatus præcipiteret longū iter, aut rem difficile, dubiumq; esset mihi ius præcipiendi, non teneret statim parere. Vnde sententia est Sanct. Thomæ in quart. distinctè. 36. exponentis verbum

magistri, quod est in concilio Vermeriensi. 29.
quaestio 2. cap. Si quis ingenus, quod si quis
liber desponsaret si bi pueram, quam bona si
de credit esse liberam, & postea ex causa proba
bili dubitet illam esse seruam, non tenetur ei redi
dere debitum, quanquam Ecclesia præcipiat:
nam si reddit animo non maritali, fornicatio
nem committit: si vero animo maritali, incur
rit graue detrimentum: putat quia inuitus con
summat tunc matrimonium cum serua. Ecce
quemadmodum nemo constringitur parere in
re dubia cum graui suo detimento, quanvis
opus quod præcipitur esset tutum, periculum
ageretur tertia persona, eò quod id subditus
exequeretur. ¶ Ex hac conclusione sequitur,
quod quando prælatus interrogat sub præcep
to aliquo secretum, unde nullum imminet cui
quam periculum, & dubium est an habeat ius
præcipiendi, tunc tenetur subditus reuelare,
præsertim si reuelatio illius secreti iuuat ad tol
lendam malam suspicionem prælato. ¶ Secun
da conclusio. Quando prælatus inquirit in que
piam, & interrogat sub præcepto, quod ex pro
babili causa dubitatur esse iustum, non semper
tenetur subditus respondere, sed in ea par
tem inclinandum est, in qua est minus pericu
li. Exempli gratia. Inquit iudex aduersus ho
miciam aut furem, aut in quicunque alium reum
primi criminis, putat quod non est in perniciē
publicam, & dubium est probabile pro vtrah^{que}
parte sit in infamia aut indicia quibus legitime
possit inquirere: tunc testes hoc modo du
bitantes non tenentur testimonium dicere: imo
tenetur celare crimen, quāuis sint consci: &
a fortiori, nec reus ipse si interrogatur tenetur
se prodere, quia maius periculum est si occi
datur homo contra ius, quam si non obediatur
prælato. ¶ Probatur conclusio primo ra
tione generali. Regula est receptissima magi
stroqum in materia de ignorantia, quod in du
bio sequenda est pars tutia: quod si neutra fuerit
tuta, illa potius eligatur, ubi minus est pe
riculi: ver. g. Dubitat quispiam an obligetur men
tiri offiiciose pro seruanda vita hominis: con
siderandum est tunc evtrum eorum esset grauius
(si vtrāque procederet ex scientia) permettere
mortem hominis, quem quis tenetur seruare,
an mortiri officiose: & quia manifestū est pri
mum esse grauius (qui illud est mortale & se
cundum istib[us] coiale) sit ut ille teneatur men
tiri si nihil potest tollere dubium, quanquam sint
plures rationes pro parte negativa. Sed si est
dubius aut tenetur preierare pro vita seruanda,
tunc tenetur potius permettere mortem,
quam preierare: quia si vtrāque procederet ex

Quaestio secunda.

scientia, grauius esset periculum, quam homi
cidium. Ataque in materia morali non censetur
illa pars minus dubia, quam plures compo
bant rationes, sed illa potius, quae minus est pe
riculosa, nam minus periculum habetur pro
maiori ratione: tametsi, quando vtraque est
etiam periculosa, illa deligenda est, in quam
probabiliores rationes propendunt. Ad pro
positum ergo. Non obedire iudici ex scientia,
casu quo inquirit ad vindicandum priuatum
homicidium aut furtum, est peccatum morta
le, sed tamen non infinitum, vt nonnulli for
midant: imo grauius est hominem iniuste oc
cidere: ergo in probabili dubio potius eligen
dum est periculum inobedientiae, quam homi
cidij; atque adeo tunc non est dicendum testi
monium. Quo sit, vt si prælatus interrogat sub
præcepto aduersus aliquem, putans grauiora
commisisse crimina, & testis scit leuiora esse,
nec vergere in infamiam aut detrimentum al
terius: dubiusq; est iustum ne sit præceptum,
tenetur tunc parere: quia minus est in illa par
te periculum. ¶ Secundo probatur conclusio
peculiaris argumento huius materie inquisi
tionis. Vnū quisque presumit bonus quo
adusque probetur malus, sed quandiu dubium
est, an sit ius inquirendi aduersus aliquem, tunc
nec probatus est malus, nec iure exiliatur ta
lis (nam sola infamia aut indicia sunt quae faciūt
præsumptionem iuri) ergo redibia & iudex
inquirens peccat, & testis si obsequatur iniu
stus est.

¶ Et tertio arguitur. Iura suarent reo sicut pos
sessori: ergo quoadusque constiterit ius esse in
quirendi, reus habet ius vite, famæ, & honorū
suorum: atque adeo in dubio nec licet in eam
inquirere, nec testimonium dicere.

¶ Sed quid si quis habeat opinionem quod te
netur obedire, formidinem tamen & scrupulū
quod non tenetur?

¶ Gerson in tractat. De pœnitent. & in De
præparatio, ad missam, videtur prima fronte
tenere, quod quando quis habet opinionem
& assensum vnius partis, tunc potest, imo fre
quenter debet agere contraformidinem alter
ius. In quam sententiam citat Altissiodoren
sem. At profecto doctores grauiissimi non in
telligunt hoc in vniuersum: sed quando pars
illa, quam quis opinatur, est tutia: unde videli
cket non imminet periculum tertiae personæ: aut
quando formido est leuissima. Ut si quis habet
opinionem integre esse confessum (quod est e
xemplum Gerlonis) non tenetur propter for
midinem contrarij iterum confiteri: aut absti
nere à communione.

Dubium:

¶ Sic

3. Cœlūsio ¶ Sit ergo in propositi tertia conclusio. Licet quis habeat opinionem partis minus tutæ, & solam formidinem alterius, non semper teneatur sequi opinionem, si modò ab illa parte magnum imminent periculum, & formido alterius apparentem habeat probabilitatem. Exempli gratia. Interrogat te iudex aduersus dignissimam personā, nempe cuius vita pretiosa est in re publica, opinari sive iudicem legitimè inquirere, sed cum probabili formidine partis contrariae: certè non tibi consulerem opinionem sequi ut testimonium dicas, sed potius cœles, hanc periculum graue, ne dignissima persona præter ius occidatur, facit ut in moralibus formido præponderet opinioni. At vero si formido tenuissima est, nempe quæ à paurore potius & ignavia meticuloſi hominis, quam à ratione proficiuntur, talis vincenda est, aut contra illam agendum. ¶ Hinc consequitur quid

Scrupulus. sit scrupulus. Cum enim quæſtio sit de nomina, posset quis omnem formidinem in uniuersum vocare scrupulum, quando contrariae partis habetur assensus, saltē opinatiuſ. Sed tunc consequenter concedendum eſſet, quod non semper agendum eſſet contra scrupulum, immo quod nonnunquam agendum eſſet secundum illum, ut modo dicebamus. Obidq; significantiuſ ſi ſan dicetur scrupulus, nō omnis formido, ſed illa quæ adeo tenuis eſt, ut ſit contra illam agendum: nam scrupulus breuissimum lapillum significat qui in calceo latet, atque adeo in moralibus significat illam formidinem, quæ ex paurore & metu procedit, cuius nulla eſt hæbenda ratio. ¶ Sed contra secundam conclusionem, & præſertim contra tertiam arguitur. Agere contra conscientiam eſt peccatum, ut omnibus eſt receptiſſimum (perinde enim de linquit, qui accipit rem suam quam credit eſſe alienam, accepit et rem alienam) ſed qui in dubio non obedit prielato, præſertim ſi opinatur iustum eſſe præceptum, agit contra conscientiam: ergo peccat. ¶ Respondetur duobus modis. Primo, quod agere contra conscientiam tunc ſolum eſt peccatum, quando agere secundum conscientiam eſt tutum, nec inde aliquod imminent periculum, nec re publica, nec tertiae personæ. Ut ſi habeo conscientiam, quod hodie teneor audire missam tunc aut debebo conscientiam deponere, aut missam audire: quia si audiam, nullum ſequi ut periculum. Sed quando rite neutra pars eſt tutuſ, nec potest homo conscientiam tollere, tunc nullum eſt peccatum agere contra partem minus tutam.

¶ Et quāuis ſolutio hæc veriſima ſit, notandum eſt ſecundo duplex eſſe dubium, aliad ſpecu-

latiuum, aliud vero practicam. Dubium ſpeculatiuum eſt, quod pertinet ad intellectum ſpeculatiuum: nempe qui nihil ordinat ad opus practicum vero eſt, quod pertinet ad intellectum practicum: ut putat qui de actionibus diuinis humanis. ver. gra. Habeo pacificam poſſionem rei quam bona fide acquisiui, ſed incipio dubitare an fit mea: dubium autem eſt ſpeculatiuum: ſed tamen non ſequitur. Dubito autem quām poſideo fit mea: ergo dubito antea ne dare (quod eſt dubium practicum) nam poſſeſſio facit me certum ut non teneam, quo adulſque iuriſiſe coimpertum habeam, rem non eſte meam: ut colligatur ex cap. Si virgo. 3. 4. q. 2. Quemadmodum in Iacob quanuſ dubit aſſec ſpeculatiue, an illa quæ erat in leſto eſſet ſua, tamen quia ignorantia erat invincibilis, non dubitabat practice quin teneretur debitū illi redetere. Ad hunc modum dicere poſſumus in proposito, q; quando quis dubitat an prælatus ius habeat inquirendi, ſi videat maius minore periculuſ testimonium dicendo q; celando, tunc certe eſt, q; ille nō tenetur obedire: atq; adeo non facit contra conscientiam practicam, quanuſ faciat contra dubium ſpeculatiuum: quod nullū eſt peccatum contra bonos mores. ¶ Sed per conſtaris forte, quid ſit in re dubia precepto addatur cōminatio ſub ſententia excommunicacionis? Videtur q; tuac tollatur dubium, & nō teneatur ſubditus parere. Nam ſi ſententia paſtoris, ſive iuſta, ſive iniuſta, timenda eſt: ut Gregorius admonet. i. u. q. 3. capit. 2. a fortiori in re dubia magis eſt formidanda. ¶ Respondetur, q; quādo dubium eſt ius præcipiendi, nihil refert qua cōminatione proferatur præceptū ſive ex communicationis, iuſta alius poena. Nam ſicut dum præceptū eſt manifeſte iniuſtum, nihil magis ligat, quātuncq; addatur poena ex communicationis: ita dum res eſt dubia nihil affert certitudinis: præter q; q; iuxta ſententia Gregorij tunc magis timendū eſt atq; adeo oculatus vſtigādū eſt, an præceptū ſit iuſtuſ & legitimū.

¶ Quarta conclusio. Quando criminis de qui, 4. Cœlūſio bus fit inquisitio, ea ſunt quæ vergunt in perniciem publicam: ut proditio, crimen leſe maiestatis, heres, & alia id genus: tunc in re dubia, vice versa, dicendū eſt potius testimonium, q; celandum. Nēpe ſi dū inquisitores hereticas prauitatis interrogant aduersus hereticum, dubius ſit testis propter aliquā forte probabilitate rationē, an ſit tunc caſus iuste interrogandi, patere debet & testimonium dicere in periculu hereticī: etiā ſi rationes ſint aliquantulo probabilitates pro parte contraria. Probatur cœlūſio eo demfundamento. In re dubia illa pars diligenter

da est vbi minus est periculi, sed minus periculum est si persona priuata iniuste occidatur, quām si Reipublicæ damnum detur (si utrumque procedat ex scientia) ergo in re dubia potius inclinandum est in periculum particularis personæ, quām in damnum publicum: atq; adeo in casu conclusionis, dicēdam est potius testimonium, quām celandum. ¶ Quod si contraria quis argnat, quod in re dubia reus adhuc presumendus est bonus, ut supra arguebamus: postquam iura non sunt certa & manifesta inquirendi aduersus illum. ¶ Respondetur, quod vbi arguitur de bono publico, non requirūtur tot merita, ut supra dictū est, ad procedēdum cōtra personam particularē, quia membra post habenda sunt capiti: & ideo in dubio iusest declinare in periculum potius priuati boni, quām publici. ¶ Dubium tandem postremum restat in hac quæstione. Quid si homo ignoret doctrinam harum conclusionum? est ver. gra. qui dubitat sit ne præceptum prælati iustum an iniustum, & præterea nescit, an tali casu debat sequi partem minùs periculosam: quales sunt fere plebei. ¶ Respondetur, quod hoc dubium generale est in omni materia. Nos enim solum dicimus quod censemus, ratione & iure faciendum. Qui illo modo dubitat & ignorat, consulat periti, alias faciens contrarius, si ignoranti fuerit inuincibilis excusabitur: in verò inuincibilis peccabit. ¶ Ad primum principale respondetur, quod prælati & iudices non sunt in possessione respectu subditorum, nisi quatenus iusta præcipiunt: & ideo quando dubium est, an præcipiant iustum, tunc si sit in præiudicium tertij, quia ille tertius est etiam in possessione famæ lus & bonorum, in eam partem inclinandum est, vbi est minus periculi.

¶ Ad confirmationē respondetur, quod quando prælati qui præcipiunt vnde nullum periculum religiom aut Reipublicæ, aut tertiae personæ timetur, nō constringuntur rationē reddere, sed simili cetero parandum est illis etiam in dubio, ut supra dictum est: quia tunc nullum est periculum, si præsumatur iudex iuste præcipere. Quando verò eiusmodi periculum imminent, tunc si subditus dubitat, nihil facit contra obedientiam, si exigat à prælato rationem præcepti, propensis humiliter rationes dubitandi. ¶ Ad secundum principale respōdetur, quod quādo coniux incipit dubitare, an vir sit vere maritus, cui tamen bona fide nupsit, tenetur reddere debitum petenti, nō solum quia vir est in possessione, sed præterea quia illa pars est magis tutæ. Nam si utrumque fieret ex scientia, maius peccatum est fraudare coniugem

coniugalē debito, quām fornicatio. Et ideo in dubio soluendum est debitum: quia, non solvere est periculum iniustitiae coniugalis: & solvere solum est periculum fornicationis.

¶ Ad confirmationē respōdetur, quod pri cipi imperanti arma sumere, re dubia an bellū sit iustum, parendum est: non solum quia possessionem habet præcipiendū, sed quia præceptum spectat ad bonum publicum: putā ad defensionem Reipublicæ: & ideo quāuis tunc imminet periculum, ne (si bellum sit iniustū) occidentur innocentes, non tantum ponderat hæc pars, sicut alia: quia ciues debitores sunt suarē Reipublicæ, non alienæ. Non enim posset princeps bene defendere & tueri Républicam, si quoties inicit bellum, deberet singulis ciuiis rationem reddere belli. Satis est si optimatum id consilio faciat.

¶ Ad tertium principale respondetur, quod quando utrumque est periculum, qui se expōnit minori, nihil agit contra doctrinam sapientis.

¶ In confirmatione latet fallacia. Antecedens enim facile conceditur: videlicet, quod quando ante præceptum prælati subditus dubitat de iure aut de facto, tunc adueniens præceptum prælati (si modo probus & sapiens sit, nec agatur de periculo tertij) facit illam partem certam: quia non dubitatur quin prælatus habeat autoritatem interpretandi ius & factum in dubio. Sed quæstio nostra est, quando dubitatur de iure prælati: putā quando dubium est an iustum sit eius præceptum. Et ideo consequentia non tenet.

Q V A E S T I O T E R T I A .



T R V M qui præterius de secreto criminis interrogatur, iure possit verborum obscuritate & amphibologia interrogantē eludere.

¶ Ad partem negatiuam arguitur. Menti nulla de causa hec: t. late confirmat Augustinus super quintum in Psalmum, & in libro de mendaciis: quod refertur, v. gesimæ secunda quæstione secunda. cap. Ne quis. & cap. Si quis. sed qui veris amphibologis aliud decipere intendit, quodammodo mentitur: nam mentiri (vt nomen sonat) est contra mentem: quod ille videtur facere, qui aliud quam ipse habet iudicium gignere intendit auditori: unde Augustinus libr. Contra mendacium cap. 2.

cap.3. Culpa (inquit) mentientis est in enuntiando animo suo fallēdi cupiditas. Ergo illud non licet. ¶ Et confir. Veritatis virtus ea est, ut suam quisq; mentē illis explicet verbis, quæ se cundum comunem vsum talem habet significationem. Nam (vt. 26. Moral. inquit Gregorius, & refertur. 22. q. 5.) humanæ aures talia verba iudicant, qualia foris sonant: diuina vero iudicia talia foris audiunt, qualia ex intimis proferruntur. Et subiungit, q; non debet intentio verbis deseruire, sed verba intentioni. Ergo verbis obscuris & amphibologis aliū decipere, est veritati contrarium: atq; adeò vbique malum. Ob idq; August. in libr. de conflitu vitiorum: quod habetur. 22. q. 2. Nec artificio (inquit) mendacio, nec simplici verbo oportet quenq; decipere, quia quomodolibet mentitur quis, occidit animam. Et Isidorus lib. 2. sent. & refertur eadem causa. quæst. 5. Quicunq; (inquit) arte verborum quis iurat, Deus tamen, qui conscientię testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iurator intelligit. ¶ Secundò principaliter arguitur. Si licet verborum amphibologia respondere ad mentem respondentis ad decipiendum interrogantem: eadem etiam verborum arte licet iurare: nam quibuscunque verbis, quæ citra mendacium licet proferri possunt, licet, quando est necessarium, adiucere iuramentum: sed iurare illo modo non licet: ergo nec citra mendacium alium decipere. Minor comprobatur sententia Augusti. in quadam sermone qui scribitur. 22. q. 5. cap. Ecce duo. vbi ait. Qui super lapidem iurat falso per iurum est. Erant enim qui putabant excusari à per iurio, iurantes per hæc Euangelia superponentes tamen manum, non libro, sed lapidi: quem ille qui iuramentum exigebat, putabat esse librum. Dicit ergo Augustinus illos esse per iuros: quia, Cū iuras (inquit) non iuras lapidi, sed proximo & ante Deum: & quia proximus intelligit te iurare per Euangelia, per iurus es.

¶ Tertiō principaliter arguitur. Decipere aliū iure interrogantem, vitiū est contra veritatem & fidelitatem: sed quod est contra huiusmodi virtutes, de se intrinsecè est malum: ergo nulla ratione, nec ad repellendam iniuriā, licet alium decipere. ¶ Et postremo confirmatur. Sifas esset obscuris verbis eum fallere, qui contraius percontatur secretum id etiam esset pro libito licitum sine necessitate: vt putā cum interrogatus possit tacendo, vel appellando, vel alia iusta via secretum celare: quod tamen non est facile cōcedendum: ergo neutquam ius est, verborum amphibologia quenquam, quālibet iniuste percontantem decipere. ¶ Sed in con-

trarium est, quia vbi quispiam iniuria petitur vt secretum patefaciat, ius habet quacunq; arte celandi secretum, quāvis interrogans & quæ uocatione verborum fallatur, modo verba alli, quem habeant sensum, quo citra mendacium proferri possint: vt docet August. super Genesim. q. 27. & latius contra Faustum libr. 22. vbi exponens illud Abrahæ, Genes. 2. Dic obsecro quod soror mea sis: ait, aliud esse verum celare: aliud vero mentiri.

Questio hæc præcipua est in hac materia secreti tegendi: atque adeò in qua aliorum mallem aulcultare sententiam, quam meā dicere. At vero, quia rem necessariam silentio præterite nō possumus, tentabimus ad quæstiōnem septem conclusionibus vt cunque responderemus.

¶ Et quo certa prium omnium ab ambiguis separamus, iaciamus oportet primā hanc conclusionem, qua dicenda cuncta nitantur. Mendacium nulla prorsus de causa licitum est. Conclusionem hanc compertissimam habet Augustinus libro De mendacio. Fuerat enim forte antiquitus philosophorum opinio licitum esse mentiri pro vita amici seruāda, aut pro aliqua id genus grauiissimo malo vitando, quod mendacium misericors appellabant: cuius meminit Plato. 3. De rep. & 2. de legi. & Cic. pro Q. Līga. Et aduersus hunc errorem composuit Augusti. libros illos duos de Mendacio, & Contra menda. vbi ait, nec pro vita hominis, nec (quod multo maius est) ad evitandum quodcunque aliud peccatum quantumcunque grauiissimum, licere vñquam mentiri. Cui perinde sententia theologi vniuersitatis. 3. d. 3. 8. vno consensu subscriptiunt. Ratio Augustini & doctorum est: quia absolute præceptum est in de calogo. Non falso dices. & in. 5. Psalm. Perdes omnes qui loquantur mendacium. & Eccles. 7. Noli mentiri omne mendacium. Vbi in vniuersum, nulla causa excepta, prohibetur omne genus mendaciū. Quod si quis h̄tēscans arguerit, inde solum colligi mendacium sine causa prolatum esse malum: nihil tamen vetare, quominus aliqua de causa possit fieri bonum, sicut Ecclesiasticum ieiunium licet frangitur propter infirmitatem. Respondetvr, quod ratio conclusionis ad intentionem Augustini est huiusmodi: ut est apud Sanct. Tho. 2. 2. q. 100. artic. 3. Id quod est intrinsecè & de genere suo malum, nulla de causa fieri potest vt sit bonum: sicut ignis quia suapte natura est calidus, nullatenus fieri potest vt non sit calidus, sed mendacium, vt dicit Arist. 4. Ethic. cap. 7. per se improbum est &

est & vituperabile: quia voces naturæ ordine debent verè significare conceptus: ergo mendacium propter nullam causam potest esse licitum. Attamen dissensio est inter S. Thom. & Scot. & plerosq; alios, quòd S. Thom. hac ratio nō putat, omnia præcepta decalogi adēt esse intrinsecè bona, vt nec Deus posset in illis dispensare: itaq; nō potest facere vt mendacium (salua semper ratione in mendacijs) sit bonū: quē admodum nec facere potest vt ignis nō sit calefactiuus. Alij verò putant Deum posse dispē sare aut in omnibus, aut in aliquibus præceptis decalogi. Quam quidem controuerſia, non est præsentis loci dirimere: sed satis est, hoc esse apud omnes cōpertissimum (quicquid sit de dispensatione diuina) communī lege nullatenus fas esse mentiri. Hoc ergo sit fundamentū huius quæſtionis, quod ponit Sanct. Thomas. 2. 2. quæſt. 69. art. 1. Qui per iniuriam interrogatur, iure potest veritatem celare: cuitamen mē daciū dicere, nulla ratione licet. Quo fit vt possit vti quibuscumque amphibologijs: dummodo possint aliquo vſitato ſenu citra mendacium intelligi: quanuis interrogans in alio ſenu decipiatur: quia ius est cuicunque repellendi propriam iniuriam, non obſtante alterius detrimento. ¶ Ho habito fundamento, dicendum nobis prius est, de modo regendi confessionem sacramētalem, vbi minus est ambiguitatis: mox de alijs ſecretorum generibus ſecu-
s. Cœlūſio larium. ¶ Sit ergo ſecunda concluſio. Ad tegendū ſecretum confessionis licitum est vbiique ſacerdoti, dum ea interrogatur quæ in confefſione nouit, responderē ſe neſcire, nec alia opus habet verborum arte: quia id potest in tali caſu citra mendacium responderi. De hac concluſione ſatis conuenit inter doctores (præter Gabrielem) in. 4. diſtin. 2. 1. tametsi de ratione diſtentiant. Enim verò Ricardus in. 4. quæſt. 1. hac vtitur ratione. Eadem persona verè affirmare potest aliiquid, loquens in persona alterius, quod verè negat loquens in persona propria. Angelus enim loquens Moysi in persona Dei Exo. 20. verè dixit. Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: quod verè negasset ſi loqueretur in persona propria: ſed ſacerdos ea quæ audierit in confessione nouit in persona Dei, & extra confessionem interrogatur vt persona propria: ergo quod in confessione potest affirmare ſe fecire vt Deus, potest extra confessionem ſimpliſter dicere ſe neſcire. Hæc verò ratio merito non placet Scoto: qui eadem diſtin. quæſt. 2. ſcīt arguit aduersus eam. Aliud enim est quenpiam loqui in persona alterius: id est ſingendo ſe eſſe alium

Quæſtio tertia.

(ſicut persona comedie loquitur vice Chremetis aut Pamphili, cuias personā induit: quomodo Angelus de rubo loquebatur in persona Dei) aliud est loqui in persona alterius: id est, authoritate alterius (quemadmodū Prætor authoritate quam accepit à rege, profert ſententiam perinde ac si à rege pronuntiaretur) & ſacerdos in ſacramento cōfessionis non agit personam Dei primo modo, vt putat Richardus: ſed ſecundo modo, tanquam minister: ſecundum illud. Io. 20. Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: vbi collatum eſt hoc ministerium: ergo quæ audierit in confessione, nō ſolū ſcīt vt Deus, primo modo, ſed vt propria persona & minister Dei. ¶ Et ſecundo arguit argumēto Scoti. Clavis scientiæ ordinatur in clauem potestatis: ergo quemadmodum ſacerdos absoluit, cognofcit peccata: ſed in persona propria dicit, ego te absoluo: ſicut in alijs ſacramētis dicit, Ego te baptizo: aut, Ego te conſigno: ergo in persona propria nouit illa peccata à quibus abſoluit Magiſter enim ſenten. eſt qui in. 4. diſtin. 8. opinatur, quòd ſacerdos non absoluit: conſtentem, ſed ostendit abſolutum. In quo non tenetur. Imò certè ſacerdos absoluit quod vel illo verbo Christi exprimitur: Quorū remiſeritis. Vnde Chrysostomus libr. tertio De ſacerdotio. Sententiam (inquit) Dei præcedit ſententia ſacerdotis, & ſententiam ſacerdotis conſirmat Deus. Quo noſtri interim præſtant ſacerdotibus veteris legis: qui vim non habebat animarum purgatoriam. ¶ Et tertio arguitur. Quia ſi ſacerdos loqueretur in persona Dei: ad ſenſum Ricardi, non præmitteret precē illam, Dominus te abſoluat: nec diceret: Authoritate mihi commiſſa, ego te absoluo: nam verba illa in persona Dei prolatā falsa eſſent.
¶ Et poſtremò conſirm. Quia ſi vera eſſet opinio Ricardi, tunc ſacerdos reuelans peccata in genere, dicens ſe ſcīre multa eſſe peccata in populo, aut ſe ſcīre conſcientiam Petri mentiretur (cū loqueretur in persona propria: & tamē non ſcīt illa, niſi in persona Dei) ſed conſequens eſt falſum: quia ſecundūm doctores in eadem diſtin. illo modo reuelare peccata, nulum eſt peccatum, ſi fieret ſine ſcandalō.
¶ Statim Scotus prosequitur probare, quòd non licet ſacerdoti reuelare confessionem, alijs rationibus quam Richardus: quas non eſt præſentis loci recenſere. Sed nihil dicit an liceat ſacerdoti respondere: neſcio. Tametsi in. 4. diſtin. 15. quæſt. 4. artic. 3. id inſinuat licere. At verò Gabriel diſtin. 2. 1. artic. 3. propter argumenta Scoti dicit, quòd ſacerdos ſimpliſter ſcīt ea quæ audi-

audiuit in confessione. Vnde colligit, quod interrogatus nec potest respondere: scio: nec ne-
scio: quia primum esset reuelare secretum sacra-
menti, & secundum esset mendacium. Et quan-
uis silentium sacerdotis suspicionem faciat in-
terroganti, verum esse id quod interrogat, ni-
hil (inquit) ad sacerdotem: quia silentium de se
non generat magis illa opinionem: quam con-
traria, sed à malitia interrogatis gignitur illa
suspicio. His verò nihil obstantibus, primum
omnium non est neganda illa locutio: quod
videlicet sacerdos quæ audiuuit in confessione
scit ut Deus, & non ut homo: quippe, quæ non
solum apud doctores in. 4. dist. 2. 1. & de pœni.
cap. Omnis veriusq; sexus. sed apud pôtifices
est receptissima: ut capit. S. sacerdos. De offic.
ordi. & alibi s. p. Sed tamen verba illa non fa-
ciunt sensum, quæ putat Richardus: putà quod
scit ut Deus, sicut Angelus loquebatur in ru-
bo: immo sensus est quem cōprobant rationes,
quasiā modò faciebamus: nē p. q. scit ut mi-
nister autoritate Dei. At verò nihilominus
vera est nostra conclusio: ut putà p. sacerdos
interrogatus (modò nihil nouit nisi in confes-
sione) potest respondere se nescire. Et quando
nulla esset alia ratio, satis esset authoritas theo-
logorum & canonistarum id concorditer asse-
rentiū locis citatis: & præsertim Bernardi, qui
ait: Nihil minus scio, quam quod in cōfessione
scio: & p. r. a. v. f. s. o. m. i. n. i. C. h. r. i. s. t. o. r. u. m.
Voices enim eo modo significant, quo recipiū
tur à populo: populus autē Christianus, dum
audit sacerdotem iurātem se nihil scire, nihil in-
telligit, de his quæ nouit in confessione: quare
verba illa solum significant nihil se scire extra
confessionem. ¶ Est tamen secunda quidem pro-
prialatio. Nam sacerdos ea quæ audiuuit in sa-
cramento, quanquam nouerit ut particularis
persona, nouit tamen eam in foro & iudicio Dei:
quod quidem Deus voluit esse adeò occultum,
ut peccata illic confessa habeātur omnino pro-
oblitis, ac si non fuissent: secundum illud Psal.
31. Beati quorum remissa sunt iniquitates, &
quorū testa sunt peccata. & Ezech. 18. In qua
cunque hora ingemuerit peccator: iniquitatū
eius non recordabor. Quare sacerdos, quemad
modum Deus, dicens: Ego te absoluo: promit
tit habere peccata ac si nunquam audiuisset: at
que adeò in foro exteriori citra mendacium
potest dicere, se illa nescire. Ethic est sensus il-
lorum verborum: sacerdos scit ut Deus: id est,
scit, tanquam minister Dei & ad modum eius.
¶ Et confirmatur hæc ratio. In alijs iudicijs cū
iudex tanquam persona publica in uno foro,
putà Ecclesiastico, nouit aliquam causam, si

postmodū sit iudex in alio foro, videlicet secu-
lari, tūc potest dicere se nihil nouisse de illi cau-
sa: intelligitur enim in illo foro. ¶ Sed tertio ar-
guitur. Sciri, quanvis vulgari sermone dicatur
etiam illud quod idoneis testibus credimus, ta-
men propriè id solum sciri dicimus, quod men-
tis firma ratione comprehendimus (verba sunt
Augustini. 1. retract. capit. 14.) & tamen quod
aliorum relatione nouimus, profectō certò
cognoscimus: quia cùm sit omnis homo men-
dax, potuit qui retulit mentiri: quare propriè
non dicimur illud scire, sicut loquitur Aristot.
de Scientia. 1. Post. Nam scientia est certa & cui-
dei cognitio veritatis. Quæ diffinitio à iuris
etiam peritis recipitur. Baldus enim. L. Scire
leges. ff. De leg. Scientia (inquit) est infallibili-
lis notitia veritatis. Quo fit, ut quanvis ille qui
est testis ex auditu, multum faciat aliquando in
iudicio ad conjecturas: ut colligitur ex ca. Præ-
terea. Detest. & cap. Hoc videtur. 22. quæst. 5.
tamen nunquām absolutè testis in iudicio di-
citur rem scire, nisi qui visu illam, aut alio sensu
experimentaliter nouerit: ut habetur capit. Te-
stis. 3. quæst. 9. vnde I. 3. Quod scimus loqui-
mur, & quod vidimus testamur. & 1. Joan. 2.
Quod audiuimus (scilicet ab ipso ore Christi)
quod vidimus oculis nostris, quod perspexi-
mus, & manus nostræ contrectauerunt, hoc te-
stamur. Et ideo sub disiunctiōne testis interro-
gatur, an scierit vel audierit: quia audire nō
est scire. Tūc sic arguitur. Sacerdos ea quæ au-
diuit in confessione, non nouit nisi relatione
illius qui mentiri poterat: ergo dicens se nihil
eorum scire, non mentitur. Et quanvis illa ver-
ba possent facere sensum vulgarem, ut negetur
etiam scientia ex auditu, satis tamen est, quod
habent unum verissimum sensum, ut citra men-
daciū proferantur.
¶ Et postremò arguitur. Si sacerdoti, dum ty-
rannice interrogatur, nihil aliud lieceret, quām
tacere, profectō multum inde sigillum detri-
menti pateretur. Nam, quanvis qui tacet nec
ait nec negat, tamē in communi usu hominum,
cū quis non negat, crimen cuius negatio in
laudem cederet, confiteri videtur. Vnde quia
cet in iudicio, habetur pro confessō: vt. L. pri-
ma. titu. tertio. lib. tertio. ordinationum. &c. l. 12
& 13. De ordine iud. in pragmat. reg. Alia ra-
tiones communes sunt, & sigillo confessionis
& secularibus secretis. ¶ Alia secretorum gene-
ra secularium nō sunt (vt puto) tam celatu dif-
ficilia, in teste qui de alieno crimine interro-
gatur, quā in reo, dum interrogatur de proprio. Et
ideo in hac secunda parte huius questionis di-
cendum est de teste, & in tertia, de reo.

¶ Sed

¶ Sed tamen de vtroq; statuitur primū tertia cōclusio. Qui per iniuriā interrogatur de secreto crimen, debet prius, si potest defendere se aut appellādo, aut tacendo, ostēdendo in promptu per iniuriā interrogari: vt colligitur ex S. Tho. 2. 2. q. 66. artic. 1. si modō id facere posse, absq; eo q̄ generet vel hemētē suspicionem crimini: quod tamen iam modō dicebamus nō esse facile. Probatur, quia legitimus & iuridicus modus est, cū quis per iniuriā interrogatur, non respōdere: & alia remedia nō admittuntur nisi in necessitate: putā quando modus legitimus, gravante iniuria, nō sufficit. **¶** Quarta cōclusio. Testis qui præter ius de occulto crimen interrogatur, nec se potest defendere tacendo (salua maiorum censura) respondere potest se nihil scire. Hanc cōclusionem non tā habeo compertam, q̄ secundam: nec eam volo esse tā certam & probatam. Haud enim nescio doctores esse grauissimos, qui cū certō affirment fas esse sacerdoti dicere, Nescio: id tamen dubitāt in alijs secretis secularibus: tamē si nec adeò id negent, vt iuniores quidam opinantur. Verba sunt Geronis alphabeto. 34. Q. Postq; enim dixit licere sacerdoti respondere, Nihil scio, subiungit: Sicutem possit similiter in alijs purē secretis ita respondere sine mendacio, ego non audeo definire: videretur tamen alicui par ratio, vt par verbi intellectus. Hæc Gerson. Vbi magis alludit ad partem affirmatiuam, quam ad negatiuam. Et Scot. 4. d. 15. q. 4. artic. 3. cū admonuisset reū iniuste interrogatū, vt ad modum iuristarum neget proposita vt proponuntur, subnequit. Sed nunquid si neget, intendens negare sicut sacerdos facit de confessio, dicens: Nihil mali scio: an teneatur poenitere? Responsio. Bonā mētiū est culpā agnoscere, vbi culpa non est: & ideo in tali casu tutum est poenitere. Vbi Scotus certè nō loquitur de teste, nec negat ipsum licite posse respondere, Nescio: sed loquitur de reo qui negaret se fecisse. De quo adhuc dubitat. Et S. Tho. 2. 2. q. 69. artic. 1. nec ait nec negat: sed hoc solū dicit, quod reus iniuste interrogatus, potest per appellationem vel aliter licite subterfugere, mendacium tñ dicere non licet. At verò Adrianus non ignobilis author, quot. 11. respondendo ad secundū principale, dicit esse licitum in alijs secretis respondere, Nescio, sicut in secreto confessionis. Cui consentit noster Syluester, verbo, mendacium. §. 6. **¶** Sed quicquid sit de authoribus, probatur conclusio ratione. Et primō. Si qui interrogatur solū id nouerit ex aliorum relatione, ambigi non potest, quin possit simpliciter respondere se nescire: vt patet ex tertio

argumento modō factō ad secundam conclusionem. Imò non solum si iniuste, sed dum iure & ratione interrogatur, nullam iniuriā facit qui respondet se nescire, quod aliorum relatu nouit, qui mentiri poterant. Nisi esset res admodum manifesta. Si enim ego negarem me scire esse Romanum: quanvis eam non vidi, mentiri iudicarer. Sed ad rem probatur, q̄ dum testis secretum de quo interrogatur, nouit visu, vel experimēto cuiusq; sensus, respōdere possit se nescire. Quādo quis in iudicio interrogat veritatem, solū interrogatur secundū ius (nam præterius, nullus habet iudex potestatē interrogandi, id enim possumus, quod de iure possumus. capitul. Facit. 2. 2. quæstio. 2. & l. Filius. ff. de constitū.) sed secundum ius inquisitio fieri non potest de occultis: vt expresse cauetur ca. Qualiter & quando. el primo. De accusa. ergo testis solū interrogatur, an sciat aliquid quod non sit iure occultum: & per consequens, respōdens se nihil scire nō mētitur, si nihil aliud sciat quam quod est iure occultum.

¶ Ad hoc iuniores quidam, alias egregiè docti, sustinentes contrarium, respondent, quod in illo capit. citato, solū habetur quod iudex exigens iuramentum, debet in forma excipere occulta crimina: vt videlicet iurent testes quicquid sciunt: exceptis occultis: & tunc manifestum est, testem posse citra mendacium respōdere se nihil scire: quia respondet ad intentionem iudicis. Si tamen iniquus iudex nihil exceptit, sed petit iuramento, vt dicant testes quicquid nouerint simpliciter: tunc est quæstio an licet respondere se nihil scire: & dicunt isti nō esse licitum: quia verba vt excusentur à mendacio, debent proferri ad intentionem interrogantis: & in tali casu verbum, Nihil, non habet unde restringatur: & ideo sensus est, quod ille nihil scit, nec publicum nec occultum: quod est mendacium.

¶ Hi tamen, aut non capiunt, aut dissimulant vim argumenti. Enim uero non solū iure tenentur iudices inquirentes exceptionem exprimere de occultis: vt latē membro secundo monstratum est: sed quando iniquus iudex illam nō faciat, iure ipso intelligitur facta: & ideo verba, Nihil scio, iure ipso restringita sunt, vt intelligantur de illis criminibus, quæ iuridicē possunt inquiri, in quibus reuelandis testis subiicitur tali iudicio. Vnde, licet non respondeant ad intentionem iudicis iniquitatis, interrogatis sine exceptione, respondent tamen ad illam quam iure deberet habere. **¶** Et confirmatur hoc: quia si probus iudex & sapiens, me interrogaret in vniuersum quicquid scio, optimè responderē, Nihil

Nihil scio (quævis aliquid secretò scirem): quia coniurèm intentionem suam esse solum interrogare illa quæ iure potest: ergo eadem ratione, quando improbus aliquid præter ius interrogat; qui respondet ad intentionem iuriis non mentitur. ¶ Sed quid si in particulari me interrogat, utrum Petrus occidit Ioannem (quod ergo solus vidi) videtur esse niendacium si respondeam. Nescio: nam non appetet quomodo illud verbum restringitur à iure. ¶ Respondetur, quod iure possum respondere. Nec hoc est tam pulchrum cōmentum, quām nonnulli existimant: nam cū voces sint signa eorum quæ sunt in anima: vt inquit Aristoteles. Peripher. nemo potest respondere nisi illud quod scit: & ideo perinde est: quempiam interrogare de aliquo facto: ac si interrogetur quid sciat de illo facto. Vnde sicut iniuste interrogatus quid sciat de hoc homicidio: potest respondere. Nihil: nam iure intelligitur: quod debet dicere: ita interrogatus aut Petrus fecit hoc homicidium, potest respondere. Nihil scio: quod est: Nihil debeo dicere. ¶ Nec abs certe adducitur huc illud Mar. 1:31 De illo die nemo scit, nec filius hominis. Nam quanuis multifariam à doctribus exponatur: vt adnotat S. Thos. 3. part. q. 10. art. 2. (Origenes enim exponit de corpore Christi myscico: quia Ecclesia nescit illum diem: alijs glossant de Christo secundum scientiam acquitatem secundum quam Christus non nescit illum diem, atque aliter alii) tamen profecto germanus sensus illius verbi est, quod Christus nescit illum diem, vt dicat in hac vita: non modo propter autoritatem sanctorū ita exponentium, sed quia textui nullus alius sensus collaret. Cū enim Apostoli rogasset Chri-
stum: Dic nobis quād oīta fiet, & quod signū erit, quando haec omnia incipient: & Christus ad secundā partē interrogationis respondisset, tradendo signa iudicij, ad primam partē, quā respōsum negans, ait. De die illo nemo scit: nec filius hominis, id est. Nec vobis in hoc tempore expedit scire (vt ait Hieron. super Matt. cap. 24) nec mihi conuenit dicere (vt ait Aug. libr. 1. su- per Gene. cōtra Manichæos) quād dicat. Ego quatenus redemptor, habeo vos docere quæ pertinet ad redemptionē: & ad finē redemptio- nis pertinet, vt ignoretis hunc dīcē. Ergo tācum valet: filius nescit: sicut filius non debet facere ex statim. Sicut ē contrario. Gen. 22. Nunc co- gnoui p̄ timeas Dēū: tantum valet, sicut: Nunc feci ut cognosceres. Re vera absq; scrupulo af- firmauerim hanc quartā cōclusionem, quoad non scio.

me maiores contrarium doceant.

¶ Sed est contra illam argumentum. Quando una pars contradictionis est vera altera est falsa: sed quando quis secretō quid sciuit, verū est fidicat scio: ergo falsum est si dicat, nescio.

¶ Respondeatur, quod quoties quis p̄ iniuriam petitur, vt reuelet secretum: siue sit secretum sacramenti, siue aliud seculare, responsio negatiua est vera, & affirmatiua falsa: quia restringitur à iure sicut negatiua, scilicet. Aliquid scio quod debet dicere. Si tamen sua sponte absque necessitate sacerdos illas contradictiones proferat, tunc ait Durand. 4. d. 21. q. 4. quod affirmatiua est vera: quia tunc non restringitur, & negatiua est falsa. Sed nihilominus dicens se scire, peccat reuelando confessionem. Palude vero eadem distinctione. q. 3. art. quod quanuis sua sponte proferat illas contradictiones, ybi affirmatiua est falsa, & negatiua vera: quia sensus est, se aliquid scire quod debet dicere, tanquam homo: quod falsum est, siue compulsus id dicat, siue non. At vero crediderim (cum sermo est de cognitis in sacramento) negatiua semper esse veram, & affirmatiua fallax, ybiunque proferantur, propter tertium argumentum quod fecimus ad secundam cōclusionem: quia quod notum est solum ex reuelatione, propriè non dicitur sciri: nec opus est alia restrictione. Si tamen scire extendatur ad ea quæ testimonio aliorum nouimus, tunc quando sacerdos sacerdos sua sponte reuelat confessionem, parvum refert quomodo loquamur, nam siue affirmatiua sit vera, siue falsa, vt roque modo est graue peccatum rescrare sigillum. Forte verisimilius est opinio Petri de Palu. non tantum propter rationem suam, sed quia sacerdos non modò quando petitur per iniuriam, sed extra illum casum, potest dicere se nescire quæ audiuit in confessione. Exempli gratia. Est sacerdos in concione & colloquio, ubi incidit sermo de illo cuius confessionem audivit, cuius mores alii probant, alii reprobant. Potest profecto sacerdos, & deberet dicere. Nihil malis scio de ho- mine. Et id non solum quando eius silentium suspitionem faceret, aliquid scire in confes- sione (nam tunc teneretur omnia) sed etiam propter comitatem, posset hominem illa ratione laudare. Quare tunc etiam negatiua est vera, & affirmatiua falsa. At vero nulla aut ne- cessitate aut utilitate id exigente, non debet sa- cerdos temere affirmare se nihil scire (quanvis nihil sciat nisi in confessione) quia tunc forte aut accipitur insensu yniuersali, vt ait Durandus, & sic erit mendacium, aut saltē verbum erit vanum.

¶ Quod

Quod si quis arguat. Sequeretur, quod sacerdoti nullatenus liceret in genere dicere: scio aliqua esse peccata in populo, nam eadem ratio ne illa affirmativa esset falsa, si non sciret nisi in confessione: consequens est falsum: nam ille citra scandalum licitum est, qui non est reuelatio confessionis, nec condemnamus sacerdotem dicentem, felseite conscientiam & peccata Petri. Respondetur, consequentiam non valere: quia illa affirmativa non est reuelatio sacramenti: & ideo accipienda est in sua propria significatione: atque adeo tunc est vera.

Sed de alijs secretis secularibus quando quis suas sponte revelat secretum quod propriè scit, putat visu vel alia experientia, credo verum dicere, cum ait se scire. Est enim alia ratio de sigillo confessionis: ubi, cum sacerdos nihil sciat nisi ut Deus, quomodo cumque reuelet ut homo, forte mentitur. Alia uero secreta sciunt homines, ut honestes: ideo dicentes se scire, verum dicunt, (nisi cum vi & iniuria interrogantur) peccant tamen contra secretorum fidem.

Dubium.

Sed hoc est quod me dubium peius torquet. Quid si improbissimus homo interrogaret te, dic mihi quicquid scis de hac re quantum cinque secretum sit, nec possit iure reuelari? Videtur enim tunc responderi non posse, nescio: nam tunc cum alter expresse interroget id quod non debet dicere, non video quomodo in verbo, nescio, possit subintelligi restrictio contradictionis, ut dicam: quippe quae exclusa est ab interrogante. Re vera forte tunc responsio illa, nescio: non caret mendacio.

Sed eslet sic interrogans obiurgandus, tanquam indignus cui aliquod responsum redderetur. Tametsi forsan etiam tunc a iure restringatur responsio quicquid malitia interrogantis verbis expresserit. Attamen supersunt ex his conclusionibus dubia nonnulla. Primum:

Dubium. Quid si tyrannus non satis habet, ut sacerdos dicat se nescire, sed uirget ut dicat an audierit.

Respondetur, quod potest vere respondere se non audisse: primò, quia Christianus populus nihil intelligit per illa verba de illa quae audiuit in confessione, & præterea quia id non audiuit, nisi tanquam Deus, ut habeat tunc pro oblio, ac si non esset dictum. Sed quid si percontetur, an audierit in sacramento confessionis? utrum licite possit negare se auduisse: non dicere, nescio, nihil iunabit, maximè dum est verisimile non fuisse oblitum. Haec tenus opinionem fecutus communem, respondebam inter legendum, licitum esse sacerdoti dieere, se non audiuisse in confessione, sed re modo oculatus inspecta, verisimilius mihi video: aliter

sentire. ¶ Et probatur id non licere. Primò, quia quanvis in illo verbo: non audiui: commode possit intelligi restrictio: extra confessionem, in hoc tamen, nihil audiui in confessione: in congrue profecto admodum intelligi potest: eo quod interrogans explicat contrarium, scilicet an audiuit in confessione. Et ideo non excusat à mendacio: quemadmodum non excusat, si diceret: nihil audiui, nec tanquam Deus, nec tanquam homo. Et cum, nec propter sigillum confessionis, mentiri permittatur, fit ut illud responsum non sit licitum. ¶ Secundò probatur, tale responsum nunquam esse necessarium. Sigillum enim confessionis adeo debet esset sanctum, ut non solum non affirmeremus quæ illuc audiuius, sed nec negemus quæ illuc non audiuius. Unde si sacerdos inductus in testem interrogetur, an pœnitens fecerit homicidium: quanvis ille fuerit innocens, nec crimen fuerit confessus, non debet sacerdos dicere: nunquam hoc audiui in confessione: quia quanvis illud sit verum, nec sit reuelatio sigilli, quæ cauetur in iure, est tamen quædam contaminatio sacramenti, nec potest esse sine scandalo. Secùs, si post mortem dicat confessor. Nunquam talis confessus est mihi peccatum mortale: quod etiam rarissime fieri debet. Ergo si impudentissimus tyrannus roget sacerdotem: an hoc audiuit in confessione inquantu Deus: hoc cilius responso exprobrandum est verbum. Sacilege hæc est sacramenti religio, ut nec si pœnitens mihi dixisset, affirmare possem: nec si non dixisset, negare deberem: nec affirmatio nec negatio mea potest tibi facere fidem: quare neutram à me responseinem expectes. Quæ quidem verba nullam profecto de se suspicio nem generant, utrumne sit quod interrogetur. At non contendeo renuere, quin dato casu quo non possit aliter celari sigillum, licet respondere: non audiui in confessione: quia vniuerso populo receptum est, ut verba illa excusat à mendacio. Sed credo: nunquam esse necessarium: atque adeo difficile posse excusari à mendacio. ¶ Sed tamen si tyrannus interrogaret sacerdotem, an Petrus occidit Ioannem (quod sacerdos nouit in confessione) nec eslet contentus illa responseione: nescio tunc Adrianus in. 4. quæst. De sigillo dicit, quod sicut potest respondere se non audiuisse in confessione, ita potest respondere, quod Petrus non occidit. Sed re vera in hoc nulla prorsus est apparentia. Primo, quia in illo verbo: Petrus non occidit: nullus potest subintelligi modus, qui illud excusat à mendacio. Ineptissima enim interpretatione efficit: non occidit: ut dicam: quia facta non

Etā non habent ordinem inmediatum ad hoc quod est dicere, sicut, scire: & alia verba sensationum. Et præterea, quia illa responso nunq̄ est necessaria. Potest enim cōvinci tyranus, non solum hoc responso quod modō dicebamus, sed potest adhuc addere sacerdos. Quo modo possum dicere Petru occidisse, cū id nesciam? Nam quāquam id mihi esset confessus, forsitan esset mentitus: & quāq̄ tacuisse; forsitan voluit celari, & facte confiteri. Et hæc desiderat sacerdote. Alterū dubium est de alijs fecalatibus secretis. Vtrū qui iniuste interrogatur de secreto, & postq̄ responderet se nescire adhuc vrgetur ut respondeat simileiter an Petrus occidit Iohannēm; affirmando vel negando, vel an vidit homicidium fieri, & audiuit; vtrū (iniquam) licet respondere non vidi, nec audiui, aut Petrus non occidit? Aliquando in lectionibus nostris ex cogitationis modum, quo testis abunde se posset protegere. Dicebamus enim, q̄ quemadmodum licet tunc testi dicere se nescire, ita licet ei negare omnia verba sensuum quæ pertinent ad scientiam: vt putā dicere q̄ nec vedit nec audiuit, nec est memor: quia hæc omnia verba explicant quodāmodo scientiam: & ideò videntur posse eodē modo restringi: scilicet, nec vidi, nec audiui ut dicam. Et si hac responso saluaretur à mendacio, profecto sufficiētissima esset ad celandum secretū alienū. Nam tunc cū testis iniuste interrogatur an Petrus occidit, posset respondere q̄ nec audiuit, nec vidi, nec omnino scit: & quod nescit, nec affirmare potest nec negare. At vero iam modō vereor rem adeò extendere, ne consum tam certus an in verbis: non vidi: non audiui: possit aptè subintelligi: vt dicam: sicut in verbo, nescio. Nec forsitan ego ita responderem: sed tamen nec eum prorsus condemnarem quia ita responderet. Tertia & postrema pars huius quæstionis ad reum spectat, quem non est tam facile instruere, vt citra mendacium se proficit. Cœclusio tegat. De quo statuitur quinta conclusio. Reo cum iniuste interrogatur de proprio sed secreto crimen, nec prodest respondere se nescire, nec licet negare verum crimen, dicendo: non feci. Prima pars est manifesta: nam ridicula est responso, si homo diceret se nescire, dum interrogatur de proprio opere: nempe cuius non est verisimile se esse oblitum. Secundā vero parti conclusionis non consentiunt omnes doctores. Imò Adria. in. 4. q. De sigillo. in solu. 2. argu. quanuis loquatur de sacerdote producendo in teste, interserit tñ generaliter, qui reus iniuste adulteratur de crimen, qđ iure est oculatum: quia non tenetur semetipsum pdere: potest

secundū omnes doctores respōdere, q̄ nihil de facto illo nouit, vel certe quod non fecit. Hæc Adria. Veruntamen nescio qui sint illi omnes doctores. Fateor me nullum legisse. Sunt qui impingunt Scoto, q̄ licet adulteræ, cū iniuste interrogatur à marito de adulterio sub cōminatione mortis, respondere se nō esse adulteram: qđ tamē nunq̄ legi apud Scotū. Imò verò Scotus in. 4. d. 1. 5. q. 4. art. 3. vbi loquitur de reo iniuste interrogato, admonet ut respondeat his verbis. Nego p̄posita ut proponuntur: ut in re publica. Quid si index vrgeat eū, ut cōsiteatur propositū, vel vt neget, respōdere posset, q̄ ipse respondit sufficienter ad accusationem. Hæc Scotus. Vbi non concedit licetian dicendi: nō feci, sed nego p̄posita ut proponuntur. Subiungit tamen. Sed nunquid si neget, intendens illud negare ut propositū est, s. vt publicū, tenet ille poenitere tanquam de mendacio. Respōdeo Bonarū mētū est culpam agnoscere, vbi culpanō est: & idēc tutam est tunc poenitere de illo quale est, sub dubio ansit veniale, vel mortale. Hæc Scotus. Vbi sub dubio relinquat an licet dicer: non feci: & magis inclinat in partē negatiā. At verò quicquid sit in aliorum opinionē, nulla militamen, vel apparenti ratione, persuadere possum, vt licet occulto peccato: riniuste interrogato dicere: non feci. Ne video quomodo possit illud excusari à mendacio nā maximē q̄ subintelligitur: non feci ut dica, sed profecto sensus ille violentissimus est: et enim quia dicere: procedit ex scientia in verbo, nescio, potest subintelligi: vt dicam, id est, non scio tali scientia quæ iure sit propalanda: attamen opus nō habet talem ordinem ad sermonem. Sed aīs fortē alia ratione posse illud verbum excusari à mendacio, per aquiuocationē temporis. Ut si adultera admisit amicum heri, possit modō iurare, non facisse adulterium: vt subintelligatur: hodie. Quemadmodum Ange. de Perut. super. l. Idem. H. de condi. ob turpem causam. & Ananias. ca. Qui cum fure, extra defartis, referunt de beato Francisco, quod cum Perusij rogaretur à pretore persequente criminis nostrum quendam, an vidisset eū transire, respondit non transiit hac: sīnū vestis insinuans. Sed te vera commentum hoc minus placet. Nā et si qui iniuste interrogatur, non tenetur responderē ad intentionem interrogantis, tenetur tamen eis verbis secretū celare, quæ in aliquo sensu recepto apud vulgus, vel apud sapientes sine vera: alijs mentitur: quod neutquam licet. Et certe orationē nō feci: facit sensum vniuersalem: nunquam feci: & nō transiit hac: refertur: ad illum locū de quo alter interrogat. Atqui diuus

Franciscus forsitan aut falso circūfertur ut auctor illius respōsi, aut putauit vir sanctissimus id esse licitum. Alium cōmemorat diuus Aug. sanctum episcopum Firmū nomine: firmotē (inquit) voluntate: qui cū ab eo quārerent apparitores, quem ad se configentē oculauerat, hoc solum respondit, nec mentiri se posse, nec hominem prodere. Multaq; passus tormenta in sententia permanisit. Quā nimis patientia indulgentiam ab imperatore homini calamitoso impetravit. ¶ Sexta conclusio. Mendaciū quo qui iniuste interrogatur, negat propriū crimen, non est perniciōsum, sed officiosum: atque adeo, si fiat sine iuramento, nunq; est mortale, solum veniale: siue in iudicio interrogetur, si ne forma iuris, siue extra iudicium: ut cum adultera interrogatur de adulterio à marito: qui nō est iudex. Probatur. Nam qui sic mentitur, nemini facit iniuriā, Imo ipse est qui iniuriā patitur. ¶ At vero cū nec venialiter peccare quo modo liceat, quid facturus est miser homo, qui contra omne ius interrogatur de secreto proprio crimine? ¶ Respondetur septima conclusio. Si verba non occurserint, quibus per et quiuocationem, vsu hominum receptam, citra mendaciū celare possit crimen, mori debet, ante quā mentiatur: licebit tñ nonnunquā id reuelare, vt videbitur q. sequēti. Interim tamen si percōtetur quis, quibus amphiboli- gis poterit se miser tueri, nō possumus illas sigillatim colligere: sed pro sua quāsq; peritia & prudentia illas poterit ex cogitare. Posset. v.g. occultus homicida cōtra ius interrogat⁹ respōdere: iuro me neminē occidisse: nam illa oratio Latine amphibologica est: & si primus accusatiū accipiatur paſsiū: & secūdus actiū, est vera. Quemadmodū Pyrrho respōdisse fertur Apollo: Aio te Æcidas Roma, vincere posse. Atqui posset adultera, cū adulterium percontatur maritus, respondere. Quid proderit mihi iurare non fregisse fidē, aut quomodo dabis fidem dictis eius, quā non credis seruare fidē thori? Item posset iurare se non fregisse matrimonium (nā post adulteriū adhuc manet integrū matrimonium) quāvis maritus intelligat, non fregisse fidē thori. Posset item mulier quā nupsit consobrino, si ab apparitore iniuste interrogatur, an maritus intravit domum, respōdere neminem intrasse p̄tēr cōsobrinū suū. Quemadmodū Saracelauit esse vxorē Abraham, dicens se esse sororem. Crediderunt enim Ægypti nō posse sororem nupsisse fratri. Attamen inutilis iam modo sunt huiusmodi responsiones. Tanta est interrogatiū versutia. ¶ Sed vtrum posset homo, vt celet se iniuste

quæsitum dum interrogatur an sit ipse ex fratribus minor iurare se esse maiorem: cū tamē sit natu minor, sed qui succedit in primo genitura paternæ domus. Et videtur quod sic. Imo q; posset iurare se esse Petrum, cū tamē non sit nisi frater ciūs. Nam hac ratione excusat Augu. Iacob à mendacio, dicentem se esse Esau. ¶ Respondetur, q; non auderem hoc admittere. Quia aut non est adeo certum Iacob non fuisse mentitum: aut id respondit inspiratione diuina: aut (quod puto sentit Augustin.) sermones illi erant apud gentem illam vītati in illa significatione, vt citra mendacium possent proterri. Vnde Gregorius, vt refertur. 22. quæstio. 2. Si quis (inquit) per vetus testamen- tum: suum vult tueri mendacium: quis minus illie quibusdam fortasse no cuerit dicat necesse est, rerum alienarum raptum, retributionem iniuriae, quæ in firmis illic cōcessa sunt, sibi no- cere non posse. ¶ At nunquid si quis interrogatur, vt testis, an vidi Petrum fugientem: vel tanquam reus, an occidit Petrum, poterit respondere: nō vidi Petrum: aut, non occidi Petrum: quem tamen occulte occidit? Videtur enim id licere, nec esse mendacium: nam, vt scripsimus in dialecticis, nomina singularia et quiuocē significant: & ideo potest respondēns subintelligere alium Petrum quem non occidit, aut quem non vidi: quemadmodum dicunt dialectici has non contradicere. Canis est in mari: Non est canis in mari. & vtrunque esse veram, eō quod subiectum accipitur, & qui uoce. Respondetur quod nō esset sine mendacio huiuscmodi responsio. Nā secundum re- ceptissimum usum omnium, affirmatio, & negatio in omnibus his proprijs pro eodē accipiuntur: acsi non esset nisi unus, qui nuncuparetur illo nomine. Vt si me percontante an Petrum videris, respondeas: non: negatio ad eum refertur, quem ego quāro. Nec alium posset sensum admittere. Sed immēsum opus esset per singula discurrere. Prudentis erit ex his cetera perpendere. ¶ Sed instas adhuc pressius, quid faciet miser homo qui mortem comminante tyranno nisi verum fateatur, non habet qua se amphibologia protegat? Aut adultera, quam maritus nudo gladio petit fateri adulterium, vt iuret an adulterium fecerit? Respondetur, quod plures sunt homines, nequitiz, & violentiz, quam vt posset omnibus obuiam iri. Obidque intali casu mori opus est: quemadmodum si tyranus mihi comminaretur mortem, nisi peieret aut leuissimè mentirer, mortem prius deberem oppetere, quam mentiri.

¶ Ad pri-

¶ Ad primū argumētū principale, concessa priori præmissa: putà nunquā esse lictū mendaciū, negatur secunda. Nec enim sat est ad integrā rationem mendaciū, fallendi cupiditas, nisi oratio sit falsa. Est enim mendaciū: vt inquit illic Aug. falsa significatio cū voluntate fallendi: modò qui amphibologia cum fallit, qui iniuste interrogat, in aliquo sensu verum profert, quo excusatur à mendacio. Neque tūc venit cōtra mentem: quia id in aliquo sensu verū profert, quod habet in mente: quanuis alias aliud cōcipiat. ¶ Atquieodem modo respondetur ad confirmationē, quod quando homo interrogatur absque iniuria, simpliciter & cādide respōdere debet: putà verbis quibus interrogans nō decipiatur. Sed quando vi & iniuria petitur: quia licet ei in eritatē celare, nihil agit cōtra virtutem, proferēdo & quiuocum verbum: quia eiusmodi respōdenti p̄cipua intentio non est fallendi, sed ius suū seruandi. ¶ Dicta verò sanctorū cōtendunt, vt prohibeant respōsa per verba quæ nullum possunt facere verum sensum, secundū significationē vīsu receptam: quippe quæ non possent à mendacio vīla ratione excusari. ¶ Et eadē ratione respōdetur ad secūdum principale. Qui enim per lapidem iurat falsum, nō excusatur à mendacio, post qđ falsum est quod iurat, nec à periurio: nam cū enuntiet se iurare per euangelia: quanuis ponat manū in lapide, tamen omnes intelligunt se iurare per euangelia, nec possunt aliud intelligere. ¶ Ad tertium respondeatur qđ quāvis mendaciū id est falsum dicere cum intentione fallendi: eatenus sit intrinsecè malum, vt nulla de causa iuste fieri posset, tamen decipere non est adeò de se malū, quin per amphibologiam liceat, ad repellendum iniuriā. ¶ Vnde subsequitur solutio confirmationis. Nam citra necessitatem non licet vti huiusmodi amphibologis: non quōd essent mendacia, sed quōd hominum conuictus & societas id expolcat, vt homines vītatiōribus, atq; perspicaciorib⁹ verbis in serijs vtantur nē se fallant, nī ioco, in ridiculis: vt author est Aristot. 4. Ethic.

Q V A E S T I O Q V A R T A.

Vtrum vsq; adeò obligamur ad secretum fidem, vt teneamur nonnunquam mortem prius oppetere, qđ secretum detegere. ¶ Ad partē negatiua in arguitur. Reuelare secretū, vt suprā dictū est, ex genere suo nō est nisi damnum, & iactura famæ, quæ violatur prōditione criminis: sed vita bonum est multò pretiosius qđ fama: nam pellem pro pelle: & cūcta quæ habet homo, dabit pro anima sua. Iob. 2. Ergo si alterius eorū

iactura facienda est, potius debemus famā, vel propriam, vel alienam ab iūcere, quām propriā vitam. ¶ Cōfir. quia. vt frequenter solenius repetere, lugum domini suaue est, & onus leue. Matth. 11. sed cū terribilium terribilissimū sit mors: vt est in. 3. Ethico. grauissimū esset præceptum, vt alienā famam dispendio vitæ protegere astringeremur: ergo nemo ad id obligat. ¶ Secūdō principaliter arguitur. Si teneremur fidē secreti seruare cū periculo mortis, id maximē esset, quia p̄palare secretū est ita intrinsecè malum, vt nulla ratione possit esse iustum: quale est, occidere, fornicari, mentiri: sed hoc falsum est: nā reuelare secretū multis de causis iustum est: putà ad obuiandū communi malo: & causa fratri corripiendi, vt secundo mēbro dictum est: ergo & causa defendendę vitæ, quę in bonis temporalibus summū est, id etiā licebit. ¶ Et confir. Nam in operibus charitatis nullus tenetur prouidere p̄ximo cū graui detrimēto proprio: imò nec seruare promissum: qđ elegāter tractat Cicer. lib. 1. de offic. Si constitueris (inquit) te cuiquam aduocatū in rem præsentē esse venturū, atq; interim grauiter & agrotare filius coepit, nō est contra officium, nō facere qđ dixeris. Ergo quanquā fidē quis secreti promiserit, nō tenetur cū dispendio vitæ seruare. ¶ Tertiō principaliter arguitur. Cuicūq; integrum est & liberū, propriū crimen, aliás occultum detegere, vt vitam seruet, nā pōt quis dare famā pro vita, vt diximus. q. 3. mēbris primi: ergo facilius pōt quis anteponere vitā propriā famā alienā; atq; adeò nunquā tenetur homo mortem obire, vt secretū contegat. ¶ In contraria est, quia tenetur Christiani pro fide, p̄ religione, & bono publico mortē oppetere: ergo sacerdos ante quam sigillū reseret confessionis (quæ sacrilega esset sacramenti contaminatio) mortem perpeti debet: & cui arcum publicum committitur, eadem ferē lege tenetur.

G N haec quæstione quarta huius mēbri: atque adeò totius operis postrema, dicere tandem restat, quid facturus est miser homo cū vi & iniuria petitur reuelare secretū, nec se potest citra mendaciū defendere, an debeat prius mori, qđ secretum detegere. Sed sunt forte qui quæstionem hanc superuacuā iudicabūt. Nam si secretū celare, ius naturale est, diuinū & humannū vt suprā cōmonstrauimus: atq; adeò secretum reuelare, sit suapte natura vitiū: ambigit nemo mortē esse potius oppetēda, quā reueletur arcā. Est enim doctrina Arist. 3. Ethic. summa cuiq; tormēta, mortemq; ipsam obeunda, ante quam in honestum quid adimat, imò documē-

tum est Pauli Roma. 3. iustā esse damnationem eorum, qui faciunt mala vt inde veniant bona. His verūtamen respōdemus, q̄ quānus dubiū nō sit, imo per se sit manifestū: non esse licitum peccare, nec pro vita, nec propter aliū quēcunque finē(nā est contradictionis implicatio, esse aliquid licitū quādō est peccatū) hoc tamen est sub iudice in quæstione nostra, an sit peccatum reuelare secretū, quando quis non potest id cōtegere, nisi cū dispendio vitæ. Et quidem si illud esset eo modo intrinsecè malū, sicut p̄iurium aut adulterium, nulla esset quæstio id nō licere, sed quia non est adeò malū, quin pro iusta causa illud liceat, vt insinuauimus in tertio argumento, quæstio est vtrū adeò obligemur secreta celare, vt antequā reuelem⁹ moriamur.

¶ Atqui, vt. 2. & 3. q̄ primi mēbri attigim⁹, sex sunt secretorum gradus, qui varias & diuersas habent considerationes. Ob idq; decem cōcluſionibus respōdebimus ad quæſitionem. Secretorum enim aliud est alienum, aliud verò proprium: & ex alienis aliud pertinet ad religionē sigilli cōfessionis, aliud verò est seculare: & ex secularibus, aliud pertinet ad bonum publicum, aliud ad priudatum: & ex priuatis, aliud extortum est per iniuriam, atq; alind citra iniuriam cognitum: & ex his aliud recipitur data fide, velut in deposito, & aliud fortè & casu cognoscitur.

Cōclusio Prima ergo conclusio sit de secreto cōfessionis. Sigillum sacramenti cōfessionis, adeò sanctum est, tantoq̄que vinculo ligat, vt mors sit prius obeunda, quam modo aliquo reueletur. Conclusio hæc supponit primum, arctissimum esse præceptum sigilli seruādi: quod partim probatum est. q. 2. membra primi. Vbi mō strauimus fidem generaliter secretorum, iure naturali, diuino, & humano esse in præcepto: primo ex conditione vitiorum, quæ suapte natura digna sunt quæ contegantur, quemadmo dū virtutes dignæ contrā sunt quæ palam fiāt. Et secundo ratione charitatis: nam quæ nobis optamus, & alijs praestare tenemur: & vnuſquisq; id ratiōe optat, vt quod cōmisit secretū secreto custodiatur. Et tertio, ratione finis: nā fide secretorum de medio sublata, cessarent cōmoditates plurimæ amicitiae: vt putā consilia, solatia, quæ amici ab amicis secreto petunt. Quæ quidem rationes, & aliae quasilicet tractauimus, multo efficacius comprobant sigillum sacramenti confessionis, quam secretorum fidem secularium. Sed est præterea ius diuinum speciale de sigillo confessionis. Qui enim finē præcipit, iubet & necessaria media: sed Christus seruator noster Ioan. 20. instituit sacramentum confessionis sub præcepto; vbi ait:

Quæſtio quarta.

Accipite spiritum sanctum: quorū remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorū retinueritis, re tenta erunt: & sigillum est necessarium medium: nēpe sine quo homines à cōfessione deterretur: ergo simul iussit, & vniuersos confiteri, & sacerdotē secretum tenere. Non cīm dedit illic solum sacerdoti potestatē dimittēdi, relinquēs hominū arbitrio, si vellent confiteri, sed certè dedit ecclesiae coercitam potestatē iudicandi de peccatis: quēadmodū si rex mitteret prætorē in urbem, qui ciuiū errata aut cōdonaret, aut pro sua prudētia puniret. Sedde hoc alibi. Neq; ecclesia cap. Omnis vtriusq; sexus .aliud fecit, q̄ vtrungq; præceptum diuinū determina re, sanè vt singuli annis cōfiteremur, & sacerdotes sigillum cōfessionis arctissimè seruarēt. Atqui hoc est quod S. Thom. in. 4. dist. 23. q. 3. ait, sigillum secreti esse de necessitate cōfessionis. Non enim intelligit esse de substantia, tanquam materia & forma: neq; ita de necessitate vt si sacerdos referaret sigillum, nullū esset sacramentum præcedens: fed ita, vt naturæ sacramenti expediatur sigillū, nempe sine quo præceptum cōfessionis iustineri nō possit. Et probat S. Tho. nam quæ exterius gerūtur in sacramenis, sunt signa rerū quæ interius contingunt: & ideò cōfessio illa quæ fit sacerdoti, est lignum q̄ pœnitens cōfitetur deo: quare sicut deus ita cōtegit peccata, vt habeatur pro oblitis (quod dictum est quæst. proxima) idem obligat face re sacerdos. Nec obstat argumentum Durand. 4d. 11. q. 4. vertentis sensum S. Tho. Non enim sentit S. Tho. q̄ celatio sacerdotis repræsentet aliquid q̄ interius cōtinetur, tanq̄ effectum sacramenti, veluti absolutio repræsentat remissionē peccatorū, sed vnl, q̄ quemadmodum in foro interiori celatur à deo, hoc significet per secretum sacerdotis. Deus enim, nec in die iudicij reuelabit peccata remissa ad confessionē: sed ad cōmendationē & gloriā pœnitentium. ¶ Ex quo sequit, q̄ nec Papa, nec tota ecclesia potest dispensare, vt reuelet sigillum cōfessionis: non solum quia ecclesia in his quæ sunt de iure diuino (quale est sigillum) facultatem nō habet dispensandi, sed sp̄cialiter quia multo minus potest sacramentorū naturam mutare. Et naturæ confessionis necessarium est sigillum modo iam exposito. Etenim, quanvis sublato sigillo nihilominus confessio esset sacramentum, tamen esset tunc intolerabile præceptum confessionis. ¶ Supposito ergo præcepto, probatur illud obligare etiam cum dispendio vitæ. Media pensanda sunt ex conditione & necessitate finis: finis autē sigillum seruandi, est necessitas sacramenti confessionis: vnde profecto

festò salus Christianorum pèdet (sublato enim de medio sacramèto cōfessionis, omnia plena essent iniquitatibus, atq; adeò religio Christiana perditum iret: quæ res multo maioris momenti est, quæ temporalis vita) ergo sigillū confessionis adeò est necessariū, vt pro eius obseruatione vita sit postponenda. ¶ Et cōfir. Sacerdoti qui sigillum reserat (quia poena capitis sacerdotes plecti non possunt) decretū est prius perpetuum exilium. ca. Sacerdos. De poenit. d. 6. postmodum mutatū est in carcerem perpetuum. ca. Omnis vtriusq; sexus. De poenit. & remiss. quorū vtrūque proximū est morti. l. 2. & l. Capitulum. ff. de poenis. Nec ab hac poena eximeretur, qui metu mortis fidem frangeret sigilli. Ergo crimen est atq; adeò mortale, etiā metu atrocissimæ mortis, cōfessionem reuelare. ¶ Et tertio id cōprobatur. Potest princeps pro salute tēporali Reipublicæ præcipere ciui ut stationem in prælio custodiat, nec pedem retrahat, sub poena capitis: in quo casu peccatum eiset mortale edictū transgredi (nā potest princeps legē facere, quæ obliget ad mortale: vt ait S. Tho. 1. 2. q. 69. arti. 4. vbi adnotat Caietanus posse etiā obligare cum periculo mortis: saltem pro bono publico) ergo multo magis non solum Deus, cuius est præceptum sigilli, sed Ecclesia potuit sacerdotes obligare, vt in periculo mortis, tenerent sigillum. Profectò adeò necessarium est sacramentum confessionis, ac subinde illius sigillū, vt videatur Christus ipse spopōdisse fidem Christianis, quod tuti essent in hac parte. Nā cùm multa præterea narretur hic miracula (vt est illud quod Altissiod. 4. p. c. De confess. ex Vitis patrum citat, q; cùm quidam in naui metu mortis, publicè confessus est se terminaper multa, adeò statim omnes obliti sunt, ac si nunq; audissent) hoc verūtamen omnium maximum miraculoru existimauerim, q; cū sint sacerdotes, & alia perditissimi, & multi in dementiam versi, tamen perq; rarissime visum est, sigillū cōfessionis periclitari. Quofit, vt prælati, & quicunque iudices per quam maximè teneantur, in causis cognoscendis cauerre, ne sanctissimum sigillum cōfessionis violent: nec illa via tentent quicq; cognoscere, nec prætextu cuiuscumq; boni publici, nec vt malo, quāvis hæreticæ prauitatis, occurant. Nihil em est tam ecclesiæ necessariū, quam sigillū. ¶ Verum enīm nō sat est conclusionē in genere statuere, si nō ad particularia descendērimus. Sacerdos enim non solum peccata tenetur celare, verū & alia detecta in cōfessione. Nec solus sacerdos sed aliqitem personæ tenetur seruare sigillum. De quibus perinde dubiū est, an cūcta tenetur

vniuersi celare: nullo obstāte metu mortis! Prī Dubiam: mū ergo dubiū est: vt rū peccata q; quis perfas in proposito, cōfitetur perpetrāda, teneatur sacerdos celare. ¶ Res fuit anceps antiquitus inter doctores. Et fuerunt qui dicebant q; peccata futura, putā quæ poenitēs emēdere non promittit, non clauduntur sub sigillo: vt recitat S. Tho. in. 4. dist. 2 i. q. 3. & Innoc. cap. Omnis vtriusq; sexus. De poenit. & remiss. Et inter theologos Alexā. ab aliquibus acer situr in hāc sententiā. Et Panor. c. Omnis vtriusq; sexus. eandē affirmat, nēpe quā putat esse opinionem Innoc. Et Sylvest. verbo, cōfessio. 3. citat Raynerium, & Innoc. cūm tamen Innocētius cōtrarium autem. Et arguit pro illa opinione Alexan: Id quod directe opponitur cōfessioni, non est de necessitate cōfessionis: sed propositum perpetrandi peccata, opponitur confessioni: nam est signū impoenitētis, per quod videtur se eximere à iudicio sacerdotis: ergo peccata huiusmodi nō cadunt sub sigillo. ¶ Et confirmamus hoc in gratiam huius opinionis. Secretum sigilli sacerdotis est ad imitationem secreti Dei, vt dictum est: sed peccata impenitentis Deus non celat, nec habet pro oblitis: sane quæ in die iræ reuelavit ad vindictam: ergo nec ea tenetur sub sigillo seruare sacerdos. ¶ His vertintamen nihil obstantibus sit secunda conclusio, quæ certissima est. Omne peccatum detectum in confessione, dummodo sit cōfessio, clauditur sub sigillo, siue præsens, siue futurum, siue qui confitetur verè poeniteat, siue nō. Conclusio est S. Thom. Scotti. & Richardi & oīno theologorū loco cito, & Innocentij, & singulariter Caiet, quol. 1. q. 1. 1. quam de hoc fecit specialē. Imò (quātum coniūcio) quicquid sit de antiquioribus, tamen nec Alexander. nec Rayn. contradicunt, si sanè intelligatur. Et abundē probatur ex verbis cōcilij. c. Omnis vtriusq; sexus. Qui peccatum in poenitētiali iudicio sibi detectum præsumperit reuelare, &c. Vbi vtiliter omne peccatum cela ri præcepitur, nullo excepto. At vero non requiritur contritio, ad hoc vt accusatio poenitētis sit verè confessio, imò nec absolutio. Probatur, quia sicut baptisimus factus, est nihilominus baptisimus, & recedente fictione incipit habere effectum virtute formæ præteritæ (vt ait August. c. Tanc valere. De consec. d. 4.) ita cōfessio facta est quidē cōfessio, quāvis nō sit perfecta. Quare quomodo unq; sit facta, scilicet, quia non est cōtritio, vel nō est integræ, clauditur sub sigillo. ¶ Et consit. Nam ille qui in contritus accedit, præcipit ecclesia vt audiatur in confessione, & salubribus monitis adhibeantur ei consilia, vt habetur. cap. Quod quidem

de pœnitentijs & re. in modo forte confessio illa satisfaceret præcepto ecclesiæ vt latius disputauimus in lectionibus super quartum: ergo hmoi confessionē vult ecclesia abscondi sub sigillo. ¶ Et confir. 2. quia si in contritus integrè confiteatur, potest adueniente contritione, absolui ab eodem confessore, sine noua confessione: nisi longa forte intercesserit mora. ¶ Quod si per contractis qd̄ requiritur sit confessio. Respondeatur, qd̄ satis est esse accusationē. Potest enim pœnitēs accusare se de peccato, dicēsse nō posse absinere, petendo consilium, & auxiliū à sacerdote. Et certè qui sic accusatur celādus est de quo cunq; crimen mundi quātunc cunq; pernicioſo aut tertiæ personæ aut reipublicæ: quāuis debet tūc sacerdos in genere admonere, aut rempublicā, aut illum cui periculum imminet, vt caueant tali hora, aut tali loco: & dummodo fieri possit sine periculo reuelationis personæ. Quod si generalis admonitio nō sufficit, nulla tenuislicet personam exprimere. ¶ Et secundō principaliter arguitur, quod quanquā peccatum sic perpetrāndū, cadat sub sigillo. Nam si peccatum esset præteritum, tunc, quālibet confitens non esset contritus, sed esset im pœnitens, nec esset absoluendus, illud caderet sub sigillo: vt Alexand. illic ipse confitetur, quia sacerdos est iudex sit ne contritio sufficiens ad absolutionem, nec ne: ergo eadem ratione quanvis peccatum sit in futurum perpetrāndū, cadit sub sigillo. Tam im pœnitens enim est quem nō pœnitēt præteriti: quām qui tenax est propiti in futurum. Eo vel maximè, quod dū resculatur peccatum perpetrāndū, simul reuelatur præteritum, putā propositum delibera-tum perpetrādi illud. ¶ Et postremo arguitur. Si quis contritus confiteretur alia peccata, & postmodum confuleret sacerdotem, an esset peccatum id quod in iniurib[us] putat nō esse peccatum: putā occidere vxorem depræhensam in adulterio: aut certum contractum facere: & audiens esse peccatum, nihilominus non vult mutare propositum occidendi uxorem, si eam deprehenderit, abiqt; perinde sine absolutorio: profecto totum illud cadit sub sigillo. ¶ Verunt amēsunt qui singunt se accedere ad confessionē, & tamen nō veniunt quō se accusent, & remedium postulent anima sua, sed vt confessores in forte peruertant, aut fauorem & auxiliū petant perpetrāndis flagitijs: vt temporibus nostris vsu vénisse fertur quibusdam, qui in pontificem conspiraverant. Et huiusmodi peccata celanda non sunt, sed statim potius denuntianda. Quod plurimum timendum est in criminē hæresis. Huiusmodi enim est versus:

Quæſtio quarta.

tia dogmatizantium, vt hac confessionis si in latione sacerdotes peruertere moliantur. Et hi, hoc casu verum habet vulgatus ille versiculus: Est crimen hæresis, qd̄ nec confessio celat: nam si de confessione loqueret, quæ verē est accusatio, quanvis im pœnitentis, falsissimus est; atq; adeo Christianis auribus indignus. Et de peccato hoc ultimo modo perpetrando, loquitur Rayne in titu. de pœnit. & rem. & Alex. cuius verba sunt. Peccatum quod quis confitetur vt perpetrādum, nō cadit sub sigillo, id est. Quod ita confitetur, non vt se accuset, sed vt aliu moueat, aut auxiliū petat ad perpetrāndū. Nec Inno. aliud opinatus est, vt egregie adnotauit Caietan. opusc. citato. Nam postq; citauit opinionem dicentium, qd̄ peccata futura im pœnitentis non cadunt sub sigillo: quia non dicuntur sacerdoti tanq; dei ministro, subiungit: hæc tamē ratio nō placet: quia bene credimus qd̄ sacerdos vt minister recipiat, etiā si confitens in peccato remanere proponat. Quæ verba aut nō videntur, aut finistre legit Panorm. ¶ Unde ad argumentum quod recitat Alex. respondeatur, qd̄ quanvis im pœnitentia opponatur confessio ni, quanq; ad absolutionē, atq; adeo quantum ad perfectionem sacramenti, tamē non obstat quominus sit confessio sacramentalis, si modo revera sit accusatio, vt expositum est. Et ideo celanda sunt peccata quæ illic deteguntur. ¶ Et ad confirmationem quam nos adiecimus, respondetur, qd̄ quanvis peccata im pœnitentis non celātur adeo, veluti peccata remissa, tamē si proferantur per modum accusationis ad peccatum consilium vel auxiliū: iam tunc disponunt & ordinantur ad veram pœnitentiā: & ita recipiuntur ab ecclesia, tanq; in sacramentali confessione. ¶ Alterum dubium est, vtrum in reuelatione sigilli confessionis possit continere peccatum veniale, ratione parvæ quantitatis materiae: quemadmodum in furto, quod de genere suo est mortale, potest contingere peccatum veniale: vt si quis obolum furetur, atq; adeo vtrum eadem causa paucitatis materiae, licet sigillum reuelare, gratia yitæ seruandæ. ¶ Tertia conclusio. Non solum peccata omnia, 3. Cœlū tam venialia, quām mortalia, verū & qualitates vniuersalē circumstantes, quæ notitiam pœnitentis quoquo modo suggerere possunt directe cocluduntur sigillo: atq; adeo sub pena mortalis culpæ celanda sunt: siue illa fuerint de necessitate confessionis, siue ex levitate pœnitentis prolata. Conclusio colligitur ex illis verbis capit. Omnis vtriusque sexus. Caveat omnino (scilicet sacerdos) ne verbo, aut signo, aut alio quouis modo aliquatenus prodat peccato rem.

torem. Hoc cōclusionē cōprahēduntur primō peccata venialia, quæ licet nō sint de necessitate confessionis, nihilominus celanda sunt. Item locus & tempus. Vt si homicida mihi est confessus, reuelatio est et dicere, Petrus tali hora fuit in tali loco (puta vbi factum fuit homicidium) si inde possit coniectari illum esse homicidam. Item personæ consortes. Aliquando enim est necessarium pœnitenti consortes patefacere: vt puella quæ fecit stuprum cum patre, non sat is confitetur se fecisse stuprum, nisi exprimat eum patre: quia id per quam multum auget: vt docet S. Tho. in. 4. dissin. 16. q. 3. ad vlti. arg. totius quæstio. Et tunc pater celandus est à sacerdote, sicut puella. Imò quanvis puella ex leuitate, & sine aliqua necessitate exprimeret consortem: vt si confiteretur fornicatam fuisse cū Petro. Quia licet illa persona nō esset de necessitate, aut commoditate cōfessionis, tamē efficitur postea necessaria ad contegendum peccatum pœnitentis. ¶ Sed arguitur, quod hæc omnia reuelare nō sit peccatum mortale. Primō. In alio quocunq; peccato ex genere suo mortali, potest contingere peccatum veniale, ratione paucitatis materiæ: præterq; in periuria: imò cōtra materiā fidei potest esse tāleue verbum, vt nō sit nisi veniale: ergo prodere pœnitentem, q; mentitus est iocoſe, non erit nili peccatum veniale. Et confir. In reuelatione sigilli posset esse veniale ex defectu deliberationis, vt si quis motu subito illud referaret: ergo eadem ratione, propter paucitatem materiæ potest esse veniale. ¶ Respondetur priuō, q; si sacerdos detegret minimum veniale: vt constaret illud audisse in confessione, putà quia vt sacerdos exprimat Petrum sibi cōfessum esse, aut quia audiētes id coniūti, peccatum est mortale grauiſſimum: adeò vt morte deberet perpeti sacerdos antequam id detegret. Probatur, quia quā uis id quod detegitur tenuissimè lēdat famam, tamen sacramentum grauiſſimum recipit detrimentum. Deterret eam homines à confessione si suspicarentur, vel in minimo detegendam esse confessionem.

¶ Sed quid si in Francia audiui confessionē Petri, quem hic coram illis quibus notus est, dico fecisse peccatum veniale, non tamen suspicantur me audisse in confessione?

¶ Forte esset probabile illam reuelationem nō esse peccatum mortale: quia est in re minima. Mihitamen verisimilius est esse mortale. Nam quanvis in reuelatione secretorum secularium frequenter contingere possit peccatum veniale in re parua, tamen sacrosanctum sigillū non permittit, vt vel in minima materia, citra mort.

tales violetur. Et probatur, quia in dīc. cap. vñuersaliter dicitur, q; qui peccatum in confessione detectum reuelauerit perpetuā agat pœnitentiam. Perpetua tamē pœnitentia nō decernetur, nisi pro grauiſſimo peccato mortali.

¶ Secundo arguitur, q; non sit necessarium sub poena peccati mortalis celare personas reuelatas in sacramento. Celare alias personas non est necessarium, nisi quatenus ex reuelatione aliarum, sequeretur reuelatio pœnitentis (nam in d.c. solū cāuetur vt non reueletur persona pœnitentis) sed sepe possent reuelari peccata aliarū personarū sine reuelatione pœnitentis: ergo tunc reuelatione illarum non violaretur sigillum. Probatur minor. Puella temerē & sine necessitate nominat personam consortem delicii: & quanquam sacerdos postea dicat Petru fornicarium, nullo inde oriatur suspicio id admisse cūtali puella. Et addamus: nec posse vñquam suspicari, id sacerdotem nouisse in confessione (nam aliás grauiſſimum esset peccatum scandali, indetimentum confessionis).

¶ Respondetur, quod peccata quæ pœnitens aliena detegit in confessione, non solū sunt celanda quando per illa reuelarentur peccata pœnitentis, sed etiam per se: quia quoniodocūque reuelarētur, deterrentur homines à confessione. Plebei nāq; in docticonfendi, multa temerē reuelant aliena peccata, quæ si non caderent sub sigillo, est periculosa confessio. Et credo sacerdotem ea reuelantem incurrere pœnas canonis. Hoc enim est, prodere pœnitentem: nō solū detegere peccata quæ ad ipsum pertinent, sed quæcumque ille protulit in confessione: atque adeò mori debet antequam ea patefaciat. ¶ Sed nunquid permittitur sacerdoti in generē ea propalare, quæ in cōfessione audiuit? ¶ Panormitanus in dīc. cap. Omnis virilis que sexus dicit, nec peccatum in genere posse in publicum proferrī citra fractionē sigilli: quā uis nulla inde oriatur suspicio personæ. Nam habetur (inquit) in textu, quod qui peccatum pœnitentiali iudicio detectum reuelauerit, perpetuam agat pœnitentiam. Sed tamen absque villa hæſitatione credendum est contra Panor. Et satis esset ad ipsum conuincendum vñuersalitatis consuetudo. Passim enim sacerdotes profertur quæ audierūt in confessione, nō solū ad capiendum consilium, sed in colloquijs: nectamen censemur fractores sigilli, quando nec minimum timetur periculum reuelationis personæ. Imò quanvis dicant illud aliquando audisse in confessione, non est fractio sigilli, nec peccatum de se mortale, si fiat sine scandalo. Quāuis id fieri non debeat.

¶ Et ad argumentum Panormitani respondeatur, quod illo verbum; quoniam qui peccatum in poenitentiali iudicio detectum, &c. reddit causam verbi praecedentis. Caveat autem omnino sacerdos ne prodat peccatorem. Et ideo non frangit quis sigillum reuelando peccatum, nisi applicatum ad personam.

¶ Ita consir. quia si reuelatio peccati in genere esset fractio sigilli, tunc non liceret illo modo in genere reuelare, nec ad capiendum consilium, sine licentia poenitentis: quod tamen est falsum, vt patet ex verbis eiusdem textus, & in capit. officij. eod. tit. ¶ Ex quo sequitur qd quanuis dicam: Petrus ritè confessus est mihi sua peccata: nō reuelo confessionem: dūmodo nullā speciem non minem, etiam si sint publicae meretricis, aut latronis. Sed si non absoluī, nō possum interrogatus dicere non absoluī: quanuis, vt inquit Caeta. in summa, verbo, confessor: qui illud dicere, non esset propriè fractio sigilli, vt incurret poenas canonis, nisi speciem peccati exprimeret, propter quod nō absolvit. Debet tamē sacerdos tunc respondere: feci officium meum: vel alia dī simile. ¶ Cetera vero quæ nec sunt peccata, nec circumstantiae quibus peccatum perpendatur, quanuis narrentur in confessione nullo modo cadunt sub sigillo. Cauendum tamē est ne passim sacerdotes quoquo modo loquatur, sales de confessionibus in colle quijs spargendo. Nā propter scādalu[m] sape vnu venire solet, vt illi in aures poenitentiū perueniat: vnde grauiter offenduntur. Imo nec poenitentes laudibus cōmendēt. Primo, quia laus vnius quādoq[ue] est reuelatio cōfessionis alterius: vt si quis audiuīt duas sorores, vnam solū commendat pudicimā, alteram subinde tacendo notat impudicitia. Et praterea quia inde p̄rabetur anima, levissimis præsertim mulierculis, mentiri in cōfessione, quo se cōmendent apud sacerdotes. Et maximē cauendum est, quando quis de aliquo secreto criminē petitur, ne id via cōfessionis tractetur: vt si vir suspicatus adulterium uxoris, petat ab ea vt cōfiteatur sacerdoti, qui de eius licentia certum faciat maritum, nullatenus admittēdum est. Nam adultera, quo se purgaretur, facile mēniretur in confessione.

Dubium.

4. Cōclusio

¶ Tertiū cibū est de p̄sonis alijs, quæ p̄rater sacerdotē, tenentur seruare sigillū, an oēs equa hincinculo morte teneantur obire, sigilli gratia seruandi. ¶ De quo sit quarta conclusio. Quanuis solus sacerdos propriè teneatur custodire sigillum, sub poenis canone decretis, tamē multalijs tenentur seruare secretum confessionis, etiam non cōstatere periculo mortis. Conclusio communis est S. Thom. & doctorum in. 4.

distin. 21. Probat prima pars. Nā in. d. cap. Omnis utriusque sexus, solus sacerdos est qui iubetur seruare sigillum, cui subinde decernuntur poena fractiōis: & qd p̄cē legis non sunt ampliā dā, fit vt ille solus incurrit poenam depositiōnis, & ppetui carceris. Et secunda pars probat. Sunt enim multi p̄rater sacerdotē, qui iure, & multi qui iniuria audiunt cōfessionem: qui proinde tenetur seruare secretū. Ut interpres, quādo poenitens & sacerdos non sunt eiusdem linguae: & laicus, cui quis in extremā necessitate vbi non est copia sacerdotis, confitetur: & p̄slatus, à quo sacerdos casum reseruatum petit, & magister quem consultit, dum imprudentia confessoris deprehendunt poenitentem: item laicus qui frānde & dolo personam induit sacerdotis, vt confessionem alterius audiat. Hi enim vniuersi mortaliter, & quidem grauiter peccarent, si secretum panderent confessionis, atque adeo mortem & quodcumq[ue] aliud damnū perpeti debent, antequā id manifestēt. Non tamē in omnibus esset delictū aequalē. Interpres namque non est persona necessaria confessioni, nemo enim (vt dicebamus supr. Quartum, distin. 17.) tenetur per interpres cōfiteri. Nam ut probe inquit Caietanus in summa, verbo, confessione: nemo tenetur cōfiteri nisi sacerdoti, qui solus habet claves cognoscēdi & remittēdi peccata: & ideo cūm quis per se non potest cōfiteri, non tenetur alteri se prodere. Eo vel maxime, qd peccata, quæ dicuntur interpres, non denuntiantur tanquam confessori: quippe qui non fungitur vice confessoris, sed agit partes poenitentis. Ob idq[ue] quando quis per se non potest cōfiteri, cōfandum est, quantum ad necessitatem, ac si non esset copia confessoris. Nihilominus licitum est cōfiteri per interpres: & quādoq[ue] salutare: vt putā quando adest interpres, cui tutō possit committi tam altum secretum. Quod dum interpres violat, quacunq[ue] id causa faciat, quāuis non incurrat poenas canonis, committit tamē sacrilegiū: quia, cū illud sit verum sacramentū, violator est rei sacræ. Quare morte cōstringitur anteq[ue] violet. ¶ At confessionem fieri laico vbi nō est copia sacerdotis, multō minus necessarium est in quacunq[ue] necessitate. Nam quāuis Aug. dicat tantam esse vim cōfessionis, vt vbi non est copia sacerdotis, facienda sit proximo. De poen. d. i. c. Quā poenitet. & d. 6. ca. i. non tamen insinuat esse p̄ceptū, sed solū cōsultit, vt merito verecundia maiore grām cōsequat apud deū. Imo vero iā non est tanta consuetudo hīmōi confessionis, quāta in primitiva ecclīa. Nec forsā est cōcilii. Tāctis eānō damna uerū: māsit em̄ consuetudo solū inter nutas. Quare.

Membri tertij,

Quare laicus cui fit huiusmodi confessio, si fidem secreti frangat, nec incurrit poenas canonis, nec proprie est sacrilegus. Tenetur tamen pro nulla causa mundi infringere: nec pro bono publico (pro quo teneretur si in alio secreto etiam sub iuramento suscepisset) sed tenetur prorsus celare ac si fuisse sacramentalis confessio: atque adeo mori potius quam detegere. Prælatus vero à quo confessor petit casum referuatum, si inciderit in suspicionem pœnitentis, multò maiori vinculo tenetur seruare secretum, quam præfatae personæ, ut potè cùm sit in tali casu persona necessaria, sine qua confessio perfici non potest. Imò quodammodo est confessor, quanvis non ita propriè, sicut ille qui confessionem audit. Et ideo nec debet inquirere, nec aliquid demoliri aduersus personam illam, magis quam si eius confessionem audiuerit. Ille tamen doctòr quem sacerdos consulit, non tam arctè tenetur ut prælatus: quia non est necessaria persona: nihilominus adhuc tenetur, sicut interpres sub reatu mortali, mori potius, quam secretum pandat. Imò si quis fortè papyrus reperiret, qua quispam peccata scripsit ad confitendum, celare strictissimè tenetur. Nec illa sunt quoquo modo in forum exterius deferenda. At quanvis pœnitens teneatur etiam quodammodo confessio nem celare, ut dicit Paluda. tamen celatio huiusmodi nihil pertinet ad sigillum: sed solum quia tenetur pœnitens non detrahere sacerdoti reuelando pœnitentiam: aliasque eius admonitiones: nisi forte ad capiendum consilium quando se sentit sacerdotis imprudentia nimis oneratum.

¶ Quartum quod postremum dubium est, postquam nec ad vitandum mortem licet reuelare sigillum, utrum alia quævis possit excogitari causa, ob quam ius fuerit illud aperire. Nam Altissiodorensis antiquus author. 4. par. capit. De confess. quæstio. De sigillo. dicit, quod quando ex secreto confessionis magnum periculum imminaret Ecclesia, licetum esset de licentia episcopi, illud denunciare. Vbi citat distinctionem antiquorum: videlicet aliud esse sigillum infringere, aliud aperire. Primum enim sonat vitium, ut putà sine causa reuelare: alterum vero designat virtutem. Sed (salua autoritate grauitimi doctoris) & San. Thomas & omnes in 4. distin. 2. missam fecerunt opinionem illam.

5. Cœlusio ¶ Vnde statuimus conclusionem quintam universalem. Nulla prorsus de causa fas est sigillum aperire. Probatur, quia, ut iam sepe inlinuimus: nullum potest unquam tam graue periculum Ecclesiæ imminere, quam sublatio

Quæstio quarta.

91

sacramenti confessionis: quod, ut ait Hieronymus, secunda tabula est post naufragium, ut cum sublatō sigillo, tollitur subinde confessio, fit ut quenadmodum, nec Papa, nec tota Ecclesia possit pro quavis excogitata causa in præcepto diuino confessionis dispēfare, ita nec possit dispensare in sigillo. ¶ Et confirmatur. Quia si pro aliquo periculo vitando liceret reuelare confessionem, maximè dum quis cōfitetur de contagiosa hæresi, qua populus cōtaminatur: sed tunc non: ergo. Probatur minor. Nam dato opposito deterrentur homines à confessione: quare non solum periret sacramentum necessarium Ecclesiæ, sed etiā tolleretur illud idem remedium obviandi hæresibus. Nam tūc absconderent se hæretici: ut nec in confessione, alicui se crederent: cùm tamen si fiat illis integræ potestas confitendi, possint sacerdotes, & illis salutaribus monitis mederi, & bono communis consulere, prædicando in genere, citra omnem suspicionem personæ, admonendo inquisidores, & publicam potestatem.

¶ Sed sunt dubia nonnulla quæ aduersus hanc conclusionem mouere quæpiam possunt.

Primum. Si sacerdos nouit in confessione a finitatem inter Petrum & Mariam, aut quod uis aliud impedimentum matrimonij contrahendi, à quo publicè illi petant matrimonio iugi: videtur sacerdos ille non posse huiusmodi matrimonium celebrare, cùm sint iure prohibiti contrahere: item si episcopus nouit in confessione irregularitatem illius, qui petit ordinari: atque adeo si Abbas vel Prior nouit in confessione superiore in esse perniciosum domui, debet eum amouere: & tamen huiusmodi sacerdotes videntur quodammodo cōfessionem reuelare: nādemus notum esse omnibus cīsmodi pœnitentes confessos esse illis ne calia publica habere impedimenta, quibus arcetatur à matrimonio, ab ordinibus, aut ab officio. Præser-tim quia sacerdos, nec ipsi pœnitenti post absolutionem, exprobrare potest quæ in confessione audiuist.

¶ Pro decisione huiusmodi casuum, atque aliorum id gen⁹, quos doctores in 4. dist. 2. 1. plures accumulat, notandum est opinionem fuisse H̄eric⁹ Gaudens⁹. 8. quol. quæst. 1. 8. quod sacerdos in nullo casu potest se aliter habere cum pœnitente post cōfessionem, quam ante: nec potest se iuuare aliquo modo à notitia cōfessionis, sed cuncta debet gerere, ac si prorsus ignoraret cōscientiam pœnitentis. Quam pœnitentiam nec Sanctus Thomas, nec Ricardus, nec Scotus (& quidem merito) recipiunt. Sed quia casus sunt in quibus obseruanda est doctrina Hen-

F. 5. ricit

Regula. rici: & casus rursus in quibus est rejciēda: hac regula vt puto, vt ēdūm est in hac parte. Sacerdotes, propter scientiam quam habent in cōfessione, nō possunt postmodū priuare pœnitentem eo, ad quod habet quodāmodo ius acquisitum: sed tamē in gratuitis, vbi habent liberam potestatem, possunt eum & priuare & non admittere. Exempli gratia. Sacerdos qui in cōfessione nouit impedimentū matrimonij, si non est parochus, potest, & debet se excusare: quia non tenetur matrimonium ministrare (nisi forsitan nō posset se excusare sine periculo reuelationis cōfessionis: nam tunc deberet eos cōiungere) si tamen est parochus qui aliās teneat, tūc quāuis posset se excusare sine periculo reuelationis confessionis (ait Petrus de Palude) nihilominus debet eos coniungere, quia habent in foro exteriori ius petendi ab illo: quēadmodum (inquit Adrianus) deberet ministrare sacramentum occulto peccatori petendi publicē, vt supra dictū est. Sed profectō crediderim, cōtra Petrum de Palude, q̄ si parochus posset citra omnē suspicionē aliqua arte impedire illud matrimoniu, probē facheret. Item si ep̄s, dū publicē ministrat ordines, videt accidentē eū, quēscit in cōfessione esse irregularē, aut aliās indignum, de quo tamē examinatores testātur esse dignissimum, & adscriptum albo ordinandorum, tunc debet eum ordinare: quia habet ius quodāmodo in publico petendi: nisi forte citra omnē suspicionem posset illum aliqua arte dimouere. At verō si ante illum articulum temporis subditus ille peteret examinare, & recipi ad ordines, posset & deberet episcopus illum excludere, prætexendo alias causas. Imò si aliter nequiret, posset pro libito non admittere postquam est ei liberum admittere quos voluerit. Quemadmodum prælatus in conuentu, quamlibet consilio patrum destinantur religioi ad ordines (quia non compellitur iure præsentare quos patres censem) potest repellere illum, quem in confessione scit irregularē, aut alioqui indignissimum, assignando alias causas. Nec hoc est reuelare confessionē: quia possent alii suspicari prælatū id facere ex odio aut malevolentia. Præterea si prouincialis nouit per confessionem, Priorem, aut Guardianum in ordinib⁹ mendicantibus, scelerosum esse perniciōsum conventū: quia huiusmodi officium non est ad nutum amouibile, non potest Prouincialis priorem amouere, sed in confessione admonere, vt cedat officio: vel querere alias causas ob quas posset in iudicio cum priuare: dummodo inquisitio non capiat infamā confessione. Si tamen officium

Quæstio quarta.

est ad nutum amouibile: vt si prælatus vicariū suum, aut magistrum nouitorum nouit in confessione perniciōsos esse, tunc potest certè, & debet illos amouere, vel dando alias causas: putat quia festi sunt, vel subditis iam satietatem fecerūt & tædium, vel quia vult inſtituere alios, qui sunt sibi magis amici: quāuis suspicionem de se faciat acceptiois personarum. Et in hoc caſulo quuntur S. Tho. & Scotus loco citato, quando dicunt, quod Abbas potest amouere Priorem: putat eum qui ad nutum est amouibilis. Ex hac regula sumendum est iudicium in electionibus. Et ver. gra. Petrus in communī opinione dignus magistratu, quem tamen ego scio per confessionem esse indignum, & perniciōsum. Revera possum & debeo ipsum nō eligere. Quod omnes fatentur: quando nulla sub oriretur suspicio reuelationis confessionis. ¶ Sed quid si non possum illum refragari, nisi aliquam generem suspicionem reuelationis confessionis? Sit enim casus Adriani, quod ego suadebam prius electoribus vt eligerent Petrum, quem censebam esse dignissimum: qui postmodum confitetur mihi, & omnibus comprehendit, mihi esse confessum: vnde si muto sententiam dissuadendo electionem illius, omnes coniicient mein confessione audiuisse indignitatem illius. Adrianus censet, quod si detur casus in quo non posset quis refragari indignum, nisi quodammodo reuelando confessionem, debet eligere, non solum minus dignum, sed indignum: nam quanquam iure causum sit, nè quis eligat indignum sub pœna priuationis vocis, & suspensionis triennalis: vt habetur capit. Cū in cunctis. De elect. maius tamen est vinculum sigilli seruandi. Sed Sanct. Thomas. 4. dist. 21. aboluter respondet, quod nullus debet eligere eum quem per confessionem scit esse indignum. Et certè ita indubie tenendum est. At verō simul concedo, quod nunquam licet reuelare confessionem, vt quis excludat indignum. Sed tamen ille casus est im possibilis: & in philosophia morali non sunt audiendi casus, qui sola imaginatione confinguntur: nam ante electionem nullus habet ius vt eligatur. Et ideò quicunq; potest ipsum refragari sine reuelatione confessionis, aut allegando aliam causam, ante eligendo alium fortè, qui posset censerit tam dignus, aut de se generando suspicionem, q̄ fecit ex ignorantia, vel ex malitia. Maximē q̄ nō tenet obuiare cuicūque suspicioni aliorū, postq; virtutē suo, quis alii suspicētur in genere aliquā p̄tē nouisse in confessione. Qualibet crediderim cum Palu. q̄ qui eligeret indignum, notum solum in confessione.

fessione non incurreret poenam iure decretas in eligentes indignū: c. Cū in cunctis. De electione. ¶ Ecce quot casibus nobis licet agere secundū notitiā, quam habemus in confessione, cōtra sententiā Henrici. Et cōfirmatur doctrina hęc. Nā re vera si ego scio aliquę subditū meū perniciē sum esse cōuentui, nunq̄ eū substituerē mihi superiore, quāvis cōsilio patrum eligeretur: quia secundū cōstitutionē nostrā, quāvis tenetur prior cōsulere patres in tali electione, nō tñ tenetur stare cōsilio illorū. Si tamen teneret stare electioni illorū, nō posset nō cōfirmare. Vnde si quis eligatur canonice in episcopū, tunc confirmator, quāvis sciat per confessionē esse indignum, nō posset quassare electionē: quia iure cōpellitur cōfirmare eū, qui canonice eligit: nisi iuridicē posset exceptionem aliq̄ cōprobare: vt colligitur ex ea. Post q̄. & ca. Nihil de elec. & electi pot. Secūs fortē prior noster prouincialis: qui non cogit quēquā cōfirmare in priorē, quāvis sit canonice electus: sunt eīm verba constitutionis. Priorēs cōuentuale s̄ p̄dicto modo eleēti, à priori prouinciali, si ei visum fuerit, cōfirmentur. Et ideo posset forsitan quassare electionē illius, quēscit per confessionem esse indignum: quanq̄ id non debeat temere, nisi p̄ grā uicauſa, facere. Ex quo sequit, q̄ magister (quā vocant) nouitorū potest negare illi suffragiū ad professionē, quē per cōfessionē scit esse cōtagiosum & pernicioſum domui. Prafertur enim nouitijs, nō solū vt eos instituat, sed vt iudicij morū sumat etiā per cōfessionem. Fateor tamē summā illi adhibēdam esse cautelā, vt cōtra suspicionē p̄lato, defūciet nō esse cōptum ad religionē, exaggerādo alios defēctus naturales. Ablit tamē vt in particulari genus aliquod peccatorū in sinuet: esset enim grauissimū sacri legi: & potius esset permittendum vt mūndus periret. ¶ Quod si q̄s arguat in fauore Henrici Gandensis: qđ si licet ex cognitione auditōrum in confessione exteriū agere cū p̄nitēte, tunc timerēt homines cōfiteri, & fieret sacramētum graue: formidaret eīm subditi cōfiteri p̄lato, & quivt digni habentur magistrati, confiteri electoribus. ¶ Respōdetur, q̄ qui ex hac causa formidarent confessionem, nō haberēt quid incūsarent, aut sacerdoti, aut sacramento: postq̄ cōfessor nō admittens p̄nitētē ad id, cuius nō habet ius acquisitū, aut priuā illum eo qđ est in mera potestate ipsius auferre, nūl lam facit iniuriā, nec confessionem reuelat: nec nō vlo modo talē licētiam damus. Re vera si sacerdos plures haberet seruos, quoruā vñū per cōfessionē sciret esse latronē, nullam ei faceret iniuriā, si pecuniam illi non crederet, quā ore

dit alij: aut si domo pelleret, alla sueta causa: postq̄ aliās non tenetur illum alere. Ne hoc est reuelare cōfessionē, sed est, hominē vti iure suo per factū quod alij simili re sua culpa interpretantur. Pr̄ assertū quia haec via nulla suboritur suspicio reuelationis alicui⁹ peccati in speciali. ¶ E quā ratione respondetur ad vulgatū illum casum, si sacerdos qui iter habet eū latronibus audiat confessionē vnius reuelantis, in aio eos habere ipsum occidere intra nemus, andebat intrare potius nemus & mori, quā iter declinare cū periculo reuelationis confessionis. Ricardus em ita censem faciendū. Et quidē cōcede, si casus esset possibilis, quo aut reuelanda esset cōfessio aut moriendū, potius moriendū esse. Sed tñ quia in re morali loquimur, nullatenus admittimus talē casum. Pot nanq; alio diuettore, aut manere, aut rétroire, singēdo se aliquid esā se oblitum. Quemadmodum si quis sacerdoti in sacrī vīnū ministraret veneno mistū, & post consecrationē in p̄nitētia ductus, confiteretur ei in aurē, lethale poculū p̄pinasse: nō tene tur illud sumere: quicquid suspicentur astates.

¶ Alterū dubiū est, vtrum saltē liceat sacerdoti reuelare cōfessionē p̄nitētis, vt suum ipse confiteatur peccatū. V.g. in casu vulgato, vbi sunt tres tñ sacerdotes, & vñus absoluit alterū, putā Petrum ab irregularitate, à qua non putauit absoluere, & de peccato non potest planē confiteri tertio sacerdoti, nisi dicat se male absoluisse aliquem sacerdotem, & fuisse causam vt ille celebrasset in peccato: vnde tertius sacerdos colligit illum esse Petrum. Et videtur quod hoc liceat: quia, vt suprā diximus, tene tur quicunque exprimere personam cum qua peccauit, si non potest aliter explicare circumstantiam moraliter aggrovante m. Scotus, Paulus, & Adrianus, & quotquot ego hactenus, & legi, & magistros micos audiui, consenserunt, quod quando sacerdos non potest explicare suum peccatum, nisi reuelando sigillū, potius debet circumstantiam illam omittere, quam reuelare: nam maius est vinculum sigilli, quam expressionis circumstantiae mortaliter aggrovantis. Et interlegendum semper ita censem. Nec volo mutare sententiam. Sed certe tamen non est iam mihi modo adeò cōm̄petum, vt omnes existimant. Primō, quārātio illorum falsū asserit, videlicet fortius est p̄ceptū sigilli, quārā confessionis. Nam cū virūnque sit diuinum, & signatio sigilli sit propter necessitatem confessionis, maius contraria videtur esse p̄ceptū confessionis, quārā sigilli quā propter vnum quodque tale & illud magis. ¶ Post pr̄terea quia dicere aliquid in confessione sacra-

sacramentali, & nō est diffamare: aliás nō licet nominare alia psonā ad exprimendū circumstantiam p̄prij peccati; ergo eadē ratiōe, quod illic dicitur nō est cēsenda reuelatio cōfessionis. Exempli gratia. Cōmisiit sacerdos nefandū in cestum cū matre, quam vincibiliter ignorabat esse matrem, quæ postmodū cōfitetur filio, eā esse ad quā accessit. Sacerdos nō potest confiteri totā grauitatem stupri, nisi exprimat se cōcubuisse cum matre: ergo videtur, q̄ p̄t illam circumstantiam cōfiteri, nō obstante, q̄ illā nō uerit p̄ confessionē. Nam si nō audisset in confessione, tenebatur noīare matrē (vt dicit S.Th. 4. d. 16. q. 3. & Duran. ibidē. q. 4.) quod nō licet, si persona quæ exprimitur in confessione aliquo modo in famaretur: ergo quāq̄ vna cōfessio recitetur in alia, illud nec est infamatio, nec reuelatio confessionis: postq̄ dicitur sacerdoti tanq̄ Deo, cui nihil est secretum. Defendenda ergo est opinio cōis alia ratione: putā quia p̄ceptū sigilli est negatiuum, de re intrinsece mala quēadmodū mentiri: & ideo nulla prorsus de causa licet illud reuelare. Quod certissimū est. Sed hinc res p̄pendet an cēsenda sit reuelatio cōfessionis, illa quæ fit in alia confessione. Quid posset forte, nō c̄ absq̄ p̄babilioratione inficiari. ¶ Tertium dubium. 3. sicut si sacerdos nouit in confessione p̄oententē esse excommunicatū, vel quenq̄ aliū ex violēta percussione clericū teneatur postea illum vitare. Et videt q̄ sic (saltē priuatim) nam cap. Cum non ab hoc. De sententiā ex cōmunicationis. habet, q̄ si cui soli patet huiusmodi sacrilegiū, ille priuatim tātū vitabit. ¶ Scotus respondet, q̄ si cōfessor p̄t eum vitare, taliter vt inde nulla fiat suspicio p̄ditionis confessionis, debet eum vitare: aliás nō. Adrianus idem dicit in re: putā q̄ debet eū priuatim vitare, non tātū publicē. ¶ Sed profectō crediderim cum Ricardo, quod nec priuatim tenetur eū vitare. Nam, cū priuatio ex cōicati sit solū de iure positio, Ecclesia nō cēsetur loqui in dicto cap. de notitia quæ habetur per cōfessionē. Quare cū hoc ipse adnotasset Scotus, nō cogebatur concedere, q̄ tenebatur sacerdos aliquo modo vitare talem excommunicatum. Pr̄assertim quia nō licet confessori improperare peccata ipsi p̄oententī post ab solutionem; & tamen si illum priuatim per hoc reuocaret peccata in memoriā eius.

Dubium. 4. ¶ Quartum dubium est: Vtrum delictēta p̄oententis licet sacerdoti cōfessionem reuelare. Alex. de Hales. 4. p. q. 78. membro. 2. & Sco. & Duran. in. 4. d. 21. negant posse sacerdotem de licentia p̄oententis reuelare cōfessionem. Ratio Alex. est, quia sacerdos si scit solū tanq̄ Deus: ergo non sufficit licentia hominis, vt reueletur

quod est dicere: Dei ure diuino prohibita est reuelatio, in qua perinde nec Papa dispēsare potest: ergo nec p̄oentens à fortiori potest dare facultatem reuelandi. Addit Duran. Notitia saecordotis nullo modo sufficit ut possit, inquam tum homo, dicere, citra mendacium, se illud sciē (ut supra dictum est) ergo quanuis id proferrat de licentia p̄oententis, adhuc dicit mendacium. S. Th. Bonauētura, & Petrus de Palude contrarium autumant. Et in re quidem nulla est controvērsia. Nam & primi doctores cōcedunt, q̄ si p̄oentens extra cōfessionem narrat iterum sacerdoti cū facultate reuelandi, ea quæ confessus est, potest illatunc reuelare: sed negant, q̄ si p̄oentens extra cōfessionem tantum dicat: concedo tibi facultatem reuelandi quæ confessus sum: sufficiat illa facultas. Quam tamen S. Th. & alij censem sufficere. Et profectō ita absque dubio crediderim. Si enim quis confessus est furtum. 100. aureorum, nihil p̄enitus refert, dicat ne postea sacerdoti: reuelas me furātū esse. 100. aureos, an reueles hoc qd̄ modò confessus sum: nam idein latinē pollent orationes huiusmodi in tali casu. Item potest quis dum cōfitetur narrare peccata tantū semel: sed utrāque ratione, scilicet & ut absoluantur, & ut reuelentur: quia dicens, ut reuelentur insinuat se non solū dicere in confessione: ergo postquam est absolutus potest explicare eādem intentionē: videlicet quod reueletur: quā uis non iterum narrat. ¶ Et ad argumēta in cōtrariū respondet, quod dum p̄oentens facit facultatem reuelandi, facit subinde ut sacerdos non solū sciat ut Deus, sed ut homo: & per consequens p̄oentens non dispensat in iure diuino, sed facit quod illud sciatur extra sigillū. Nec inde sequitur aliquid detrimentum cōfessionis: nec scandalum: quia p̄ceptum sigilli possum est in fauorem p̄oententis: cui subinde potest pro bono suo renunciare: quēadmodū maritus, cui vxor obsequiū debet, p̄t illi concedere, ut votum faciat castitatis. At non debet sacerdos facile ut huiusmodi licentia, nisi propter magnum bonum p̄oententis: & ingratiā eius necessitate: & quādō cōstat p̄oentē tēlibera eā v̄oluntate concedere. Vnde si p̄sumeretur metu id sacrilegi iudicis, aut cuiusvis alterius facere, nō debet ea sacerdos ut: nō fit & ipse sacrilegus. Et adnotent sacerdotes, q̄ quāuis non egant licentia p̄oentētis, ut in genere cūsulant peritiōres de confessionibus, tñ reuelare personam p̄oententis non possunt si ne eius facultate. Quare si mauult p̄oentens in peccato manere, quām se reuelari, abeat in nomine dñi. Nec ipsi p̄oententi post absolutiō-

nē debet quoq; modo sacerdos reuocare pēcatum in memoria: nec gratia fraternæ correctionis, nec consolationis, nec aliquo modo. Neq; enī vlla rōne cōsenserim Petro de Palu. qđ in occulto licet sacerdoti pœnitentē admōneremā quāvis hæc forte non esset reuelatio si gilli, quæ caueſ in iure, tñ maxima inde vereū diaſtuffundereſ pœnitens, atq; adeo sacramen-tum molestū redderet. Et ideo quanq; sacerdos videat pœnitētem cōtrarium agere, qđ iniunctū est pñia, oīno dissimulet. ¶ Hoc verūtamē est, qđ vehementius sacerdotē inouereſ solet. Quid si sacerdos absoluens, intolerabilē commisit errorē: putā quia absoluit non subditū, aut ex cōcatum, à casu refernato, aut omisiſ iubere resti-tutionē æris alieni, in preiudiciū tertij. ¶ Fertur tēpore cōciliij Basiliensis inter magistros qbus intererat Ioānes Nider, quæſitū esse, an confes-for qui malē absoluit à casu referuato, postmo-dum habita facultate superioris debeat absen-tem & insciū absoluere, potius qđ adire pœnitē-tem. Illius tñ disputatiōis copia nusquā extat. ¶ Ad hoc respōdetur primo, qđ nullo modoli-cet absoluere absentē, saltē in ignorantē an ab-soluuerat: primo, quia cōfessio est actus psona-lis, & patet in forma: absolu te: & ideo debet fieri inter presentes. Item quia absentē nō pōt sacerdos imponere pœnitentiā, neq; eū in futurum admonere, qđ requiritur in sacramēto. Et tertio, præsertim quia forsitan cille qui ab-soluueretur esset in pētō: & est sacrilegiū absolu-vere eū, qui nō præsumitur esse in gratia. Dixe-rim absentē & ignorantem: nam forsitan posset pœnitens absenti sacerdoti mittere confessio-nem scriptam, & sacerdos reſcribere absolutio-nem: vt an Palud.in.4.d.17.q.1. De quo aliās. Secūdo crediderim, qđ nullo mō licet sacerdo-ti erranti in absolucione, conuenire iterū pœni-tentē de peccatis, memorādo aliquod pētū in particulaři. Primo, quia vt diximus, hoc est ex-probrare illi pētū: vnde profectō odiosa red-deretur confessio. Et secundo, quia posset tunc pœnitens negare se tale fuisse cōfessum, & ob-iurgare cōfessorem: vnde facile oriretur scāda-lum. Et tertio, quia id nō est necessar iūm. Po-stremo ergo colligitur, qđ debet tunc sacerdos adire pœnitentē: & dicere se errorem cōmisisse grauem in cōfessione: & ideo si vult aut iteratō cōfiteri, aut facultatē facere loquendi de cōfes-sione, tunc explicabit in particulaři defectum. Per quod & confessionem nullatenus detegit, & abunde satisfacit pro errore præterito. Nam tunc pœnitēs tenetur ad cōfessionē redire, aut cum illo sacerdote aut cum alio: quod si renuit, culpa quæ fuerat sacerdotis, transfunditur in

ipsum. ¶ Quia tū & postremū dubiū est, vtrū licitum sit sacerdoti, qui alia etiā via, qđ per con-fessionē, crimen nouerit pœnitētis, illud prode-re, atq; adeo in forū exterius deferre. ¶ Opinio fuit negativa Altissiodorensis. 4.p.q. De sigillo, & aliorū antiquitus. Vbi ait, qđ si confessor nouit aliās criminē pœnitentis, nō debet illud in confessione recipere: sed si recipit, tunc siue an-te nouerit alia via, siue post, totum claudit sub sigillo. Et probatur: qa in ea. Omnis vtriusq; se-xus, sine exceptione, prohibet pētū in pœnitē-tialiū iudicio detectū reuelari. At vero oēs ab il-lo tēpore doctores cōcorditer affirmāt contra-rū. 4.d.2.1. Nam, vt dicit illic S. Tho. dum haec opinio nimiū sigillo tribuit, præiudiciū veritati & iustitiā facit. Non est ergo dubium quin li-ceat reuelare peccatū, qđ notū est alia via. Pro-batur, qđ sacerdos per id qđ audigit in cōfessio-ne nullum amittit aliud ius qđ habet: sed si nō audisset in cōfessione, habet ius dicendi id, qđ aliās nouit: ergo siue illud nouerit ante confes-sionē, siue post, iure pōt reuelare: aliās clypeus esset pernicioſi hominibus, dum Ecclesiā corā sacerdotibus furto expoliassent, illis confiteri. vt os obstruerent accusandi. Et secundo. Si hu-iusmodi sacerdos vocaretur in testem, non pos-set iuratus respondere citra mendacium se ne-scire, si est aliās publicum: post quām scit vt ho-mo: ergo tenetur candidē respondere veritatē. Sed res lucidior est, quām vt pluribus egeat te-stimonijs. Imō vero non solum si sacerdos aliās visu aut experientia id nouit, sed si indicia ha-bet legitima, potest id in iudicium deferre. Exempligratia. Si dum latro cōfitetur, mar-supium sacerdotis abscondit, quanuis cōfiteretur tunc de furto, potest eum accusare in iudi-cio. Non solum, quia illa non præsumitur con-fessio & accusatio, sed simulatio, vt suprā di-ximus: at quia potest allegare manifesta indi-cia, putā tali hora furtum factum, & neminem alium intrasse domum: fateor tamen cauen-dum esse maximē scandalum: vt videlicet sa-cerdos quæ audiuit in confessione non pādat, niſi in promptu posset comprobare causas vel iudicia quibus id aliās nouit: nē oriatur suspi-cio reuelationis confessionis. Et hæc de abdi-tissimo sigillo confessionis. ¶ In secretis secu-laribus sunt qui opinantur, neminem vñquam constringi ea seruare cum dispendio vita: sed cūm non descendant ad species secreto-rum, niimirū si rem non satis inspiciant. Inter hæc ergo primum locum tenet secretum: quod ad re pertinet publicam. ¶ De quo statui-tur sexta conclusio. Qui locum tenent & offi-cium publicū, teneantur ex genere rei fidem ser-uare

uare secreti, si opus fuerit, cū dispendio vitæ: vt sunt senatores, cōfiliarij, scribæ, alijq; id genus. Et primò si reuelatio secreti vergit in graue malum Reipub. tūc nō solū personæ quæ sunt in magistratu, sed quicunq; priuatus ciuis tenet vitā exponere, anteq; id detegat. Vnde l. Omne delictū ff. de re militari. Exploratores q; secreta nūciant hostibus, pditores sunt, & capitatis poenas luunt. Sed aliud præterea affert conclusio: videlicet q; illi q; bus officio publico incubit, tenent sāpe sāpius mori p celando secreto Reipublicæ, qn priuati hoies nō tenerēt. Probat: quia media, vt sāpe diximus, pēsanda sunt ex fine, & secreta Reipub. sunt propter salutem totius populi: ergo illi quibus tota respublica arcana sua cōmisit, & quibus stipēdia pro huiusmodi officio pendit, quiq; peculiari sacra mēto fidē astringūt, multo maior in vinculo tenetur seruare secretū, q; alij de plebe: atq; adeò si res tātisit momēti vt id postulet, vitā cū reliq; bonis tenentur in ea causa exponere. Et vocamus causam Reipubl. causas etiam particulariū psonarū, quæ tractātur in iudicio publico. Vnde iudex q; causam audit, in qua de re grauissima decertat, vt de vita, aut de maximo honore, vt de ducatu, aut alia magna hæreditate, si inuadit ab aliquo litigantiū sub cōminatione mortis, vt merita causæ pdat, debet potius gladio succubere, q; fidē secreti frangere. Et idem crediderim de scribis, quorū fidei causæ graues cōmittuntur. In rebus verò minoris momēti, quāuis nō teneantur vitā dare, & fidē seruēt, tenetur tñ pro rei cuiusq; qualitate. Atq; id maximè in sancto cōcilio & foro, quo res fidei aduersus hæreticos tractātur. Nā & inter gētes celebratissima semp fuit fides secretorū de Republica. Vnde Aul. Gell. ex Marco Catone refert lib. 1. noct. atti. Papyrio illi puer honorē maximū habitū esse: eo q; dum in senatū cū patre fuisset admissus, & mater audiissimè eum percōtaret quidnā patres egissent, matrē excogitato cōmento, & mēdacio delusit, quo senatus arcanū celaret. Ob id q; nomē illi inditū est, Prætexatus. i. absconditus & cōtextus: q; deinceps pueris Romanis successit. Et Pōpeius, vt author est Valerius Max. lib. 3. cū à Gentio rege captus, senatus cōfilia pdere iuberet, igni digitū cemandū præbuit: qua patiētia ostenderet se potius tormentis perditū iri, q; secreta senatus panderet. Et Fulvius tēpore Aug. cū senatus secreta panderet vxori, pœnā dedit capitis. Hac ratione (vt ingt Valer. li. 2.) fidū tunc erat & altū Reipub. pectus: cura, silentijq; salubritate munitum. Inter priuata id maiore vinculo ligat qn quis p iniuriā hois secretū, vi fraudeue ex

tōrquet. De quo sit cōclusio septima. Qui in iu 7. Cōclusio⁹ ria hois secretū expressit, tenetur illud, si res sit magni momēti, etiā in mortis discrimine cōtegere: vt Dalila, quæ muliebri improbitate mysterium capillorū à Sansone extorsit, tenebat mortē prius obire, quā id Philisthæis prodere. Probat. Tenetur quicunq; mortē prius oppetrere, q; homini famā auferre (maximè si fama sit valde magna & pretiosa) sed qui per iniuriam secretū alienū extorquet, famam ab illo deprædatur: ergo tenet potius mori, si res sit magnimomenti, quām ipsum diffamare. Eò vel maxime, si periculū inde imminet vitæ. Vñ qui ob-signatas literas alienas mala fide aperiunt: q; il la vis est, & iniuria, maiori vinculo tenent secretū illud seruare, q; si alia iusta via cognoscunt. Fuit em̄ semp celebratissima religio in literis alienis abscondendis & celādis, vt frequēti bus historijs memoriae proditū est. ¶ Secreto rum quæ citra iniuriā depræhendūt, primū genus est, qn quis data fide arcanū alienū suscipit custodiēdū. De quo ponit oītāa cōclusio. Nemo tenet secretū qd̄ fide recepit, seruare cū 8. Cōclusio dispensio vitæ, aut alia grandi iactura honoris aliorumue honorū. Hoc nō aliter pbat, quā q; huiusmodi obligatio nō oritur ex iustitia, aut ex publico officio, quo tenetur seruare secretū sed ex sola liberalitate & bonitate, pmittentis fidem: & nemo presumit, pmittere id, ad qd̄ alias nō tenebat, cum tanta iactura & dispēdios. Qui em̄ pecuniā amici recipit in deposito, non tenetur cum tāta iactura & detrimēto eā tueri. Sed nihilominus viri probi erit pro rei cōditio ne & magnitudine iacturā in ppris bonis facere, vt arcanū ita receptū pteget. Neq; admitto argumentū, quo in hac parte aliqui vtūtūr, vt quicunq; casu licet reuelare propriū secretū, licet subinde reuelare alienū. Nam homo dñs est propriæ famæ, & nō est dñs alienæ: & ideo potest aliqn propriā famā exponere (q; in hoc nulli facit iniuriā) quādo tñ tenet culto dire alienā. Graphicè sanē fabulātur poëtē, pœnā illius qui secretū sub fide receptū nō seruat in Batto illo pastore, qui, ppter secretū quod si de receperat, reuelatū, in lapidē versus est: alio qui mutū, sed qui ea ppetuō laboraret infamia vt secretū aurī, etiā silentio manifestaret. ¶ No 9. Cōclusio na cōclusio. Qn quis casu nouit alienū secretū, quāuis tenet illud cōtegere, etiam sub peccato mortali, si res est tanti momēti, tñ non tenetur grauia pativt illud celet. Hoc facile probatur, quia solū tenetur seruare ex charitate, sicut tenemur seruare res amicorū, qn id possumus si ne graui dāno nostro. Tamēthi nō nunquā con filium fuerit, mortem prius oppetrere, quām huiusmo-

Huiusmodi secreta reuelare. Et hæc de alieno se
cretu. ¶ Secretu cuiusq; pprialogii nobis mo
do negotium exhiberet, nisi membro. 1. q. 3. am
plissime res esset tractata. Hoc vnu ergo in his
locu reieciusq; teneat hominem tormentum, atq;
ad eo morte ppeti, anteq; iniuste interrogatus,
ppria crimina prodat. Vbi decima astruimus
conclusionem. Nemo tenet morte pati, aut imma
nia tormenta, vt propriu crimen abscondat. Loquim
ur de his qui in ecclœo præterius interrogan
tur: nati legitimè interrogari et ut, etiā citra tor
menta, teneretur veritate fateri. Probatur con
clusio his suppositis, quæ loeo citato satis eor
roborauiimus, aduersus dñm Caetanum vñ deli
cethominē habere dominius suę famam, si cut bo
norū exteriorū: & quanuis sit peccatum, famam
pdigere, & qnq; mortale, tñ licitum esse culi
bet, pcausia iusta eā exponere. Vnde sumitur
arguuntū. Potest qd ppiusta causa famam expo
nere: sed proderè ppiusta crimen, ex genere suo;
nihil aliud est, qd se hominem infamare: ergo illud
licet ad seruandam viam, nā profectò vix potest
dari causa magis iusta. ¶ Et confir. quia vita mā
ius bonū est qd fama: immo vita caput est omnium
bonorum: ob idq; vniuersa quæ ho habet, dabit
pro aia sua. Job. 2. ergo si qd positus in tormen
tis euadere aliter nō potest nisi propriu crimen de
tegedo, certè, quanuis iniuste interrogatur, potest
se prodere: postq; in hoc nemini facit iniuriam:
Quēadmodum em vexationem illam & iniunia
gradi pecunia redimere posset, ita sane potest
& iacturā infamia facere, vt vitam seruet. ¶ Et
secundū arguitur ex cō sensu hominū. Si quis
& plurimū & vñ cheimēter cruciat, & dilania
retur, certe nō cēseretur pusillanimis, si se pro
deret. Imo verò nō solum id licitū est, qn confi
tendo crimen potest à tormentis liberari, sed qn per
cōfessionem certus es et capite plectēdus, pos
set vir fortis eligere semel mortem, anteq; vehe
mēta & longissima tormenta pati. Eō vel max
ime, qn non speratur tormentorū finis, vt sa
pe s̄epius cōtingere solet. Sunt em qui tormen
tis tormenta cumulantes, proponunt aut āiam
miseri, aut cōfessionē verā falsoam ve extrahere.
¶ Et tertio arguitur. Potest homo, vt illic dixi
mus, exponere propria famam pro fama amici,
sicut vitā pro vita: ergo potest, à fortiori, famam
exponere pro vita ppria. ¶ Quartò arguitur.
Si quis me iniuste int̄maret, & ego nō possem
me aliter defendere, nisi exponendo vitam, nō
teneor periculo vitæ famam custodire: ergo, ea
dem ratione possum in tormentis crimen pdere,
vt inde me eximā. ¶ Quod si quis arguat, qd si
index iniuste me percotatur, iniuste ego respo
deo. Certe consequentia nulla est: nam & latro

iniuste inquadit in itinere, & tamē ius ego
concedo illi pallium nē me occidat. ¶ Addide
rim, qd si homo in iniustis tormentis f. Iso si bi
crimen imponeret: dum modo id faceret sine
iuramento, nō est mendaciū sibi officiosum &
veniale: nec tenetur aliquo modo ad restitutio
nem famam: postquam nemini facit iniuriam.
Palud. 4. d. 2. 1. q. 2. in fine dicit, quod mendaciū
huiusmodi est officiosum, in quantum se homo
liberet à tormentis: sed perniciosum, inquan
tum se diffamat, & absentes hædit mendacio.
At re vera, nec infamare se ad illum finē est per
niciosum: nec absentes hædit: quia aut patet cō
fessionem esse veram, aut si intelligant esse fal
sam non est tantum scandalum, hominem con
trahere, vt eo se libetet in malo.

¶ AD primum argumentum respondetur, qd
quanquam vita sit præstantior quam fama: at
nihilominus reuelatio criminis aliquando cedit
in malum religionis, vt dictū est in prima con
clusione: & aliquando in malum publicum, vt
dictū est in sexta: & aliquando in graue præ
judicium tertij, vt dictū est in septima. Qui
bus proinde casibus moriendū est prius, quam
crimen reueletur. ¶ Et per hoc respondetur
ad confirmationem, qd quanvis iugum Domini
nisi sua, nihilominus nos obligauit in di
ctis casibus, vitam exponere. ¶ Ad. 2. principa
le responsum est in octava, nona, & decima cō
elusionibus. ¶ Quibus ostensum est, licitū esse
aliquando reuelare secretū, aut alienum, aut
proprium, quando aliter vitam seruare non
possimus. At non est par vbiq; ratio. ¶ Et eo
dem modo respondetur ad confirmationem,
& ad tertium principale. Nec valet illud argu
mentum, vt suprà diximus, vt quoq; casis
licet militi reuelare secretū mē, cuius sum
dominus, licet subindere reuelare alienum, cuius
non habeo potestatem.

¶ ECCE quæ Deratione tegendi & detegen
discretum, sub censura sacrosanctæ Romanae
Ecclœ, exiguitate & penuria nostra præsta
re potuimus. Quæ in hoc opusculo tribus mē
bris distributa sunt: perq; quatuordecim quæ
stiones disputata: at qd adeo octoginta duabus
conclusionibus absoluta ad laudem & gloriam
individuæ Trinitatis: quæ nos vñnam felici
ter in secreta illa diuinorum mysteria aliquan
do recipiat, quæ nec oculus vidit, nec auris au
diuit, nec in cor hominis ascenderunt.

Libri De ratione tegendi, & de te
gendi secreti.

F I N I S.

F R A.

S E F R A T R I S D O M I N I C I

S O T O S E G O V I E N S I S T H E O L O G I O R-
dinis Prædicatorum, Cæsareæ maiestati à sacris confessioni
bus, Salmantini professoris.

In causa pauperum deliberatio.

AD MAXIMVM ATQVE ADEO CLARISSI-
mum Hispaniarum principem. D. Philippum, invictissimi Cæsaris
Caroli. V. primogenitum, Fratris Dominici Soto Segouien-
sis, Thœologi, ordinis Prædicatorum, Salmantini.

professoris.

In causa pauperum deliberatio.



Villa me, vñquam rō Prin-
ceps maximè, inducere
potuisset, has ad magnitu-
dinem tuam literas dare,
nisi & legissim sē pen-
tero apud multos quan-
ta esse debeat in principe
humanitas, quantāq; cuiusvis classi homini-
nibus audiendis mansuetudinē excelsum istud
genus mortaliū debeat: pariterque ex mul-
tis audiuisse, quantam tu (quod patriū vo-
bis gentileque est) humanissimē præstes. At-
qui si quando alias, vel nunc maximē multo-
rum te sententias humaniter, non auditurum
modò, coniectura est, sed etiam rogaturum.
Nempe de ea re, de qua cùm à cellitudine tua
(quippe qui Cæsaris throno sedes) iudicatum
fuerit, nihil cunctis aliud quam decretum audi-
re, ac iussis parere integrum erit. Haud me la-
tet, non me in ijs esse, quorum authoritas villo
possit momento rem tam à multis controuer-
sam, tam q; matura cōsultatione sanctitam, huc
illuc inuertere. Neq; ea ego mente negotium
hoc dicēdi suscipio, vt quicquam, quod in actis
sit, immitare contendam. Verum id satis du-
xerim, si id quod fieri, statutū est, cunctis hinc
inde cōmodo diligenter exploratis, cautius, p-
udentius, ex diuino q; magis nutu fiat. Qua vi
delicet melius ratione miseris pauperibus fuer-
it consultum. Id quo in hac re esse nullum po-
test aut Cæsareæ maiestati, tuæq; perinde am-
plitudini obsequium gratius, aut reipublicæ cu-
mulatius bonū. Adeo nos pauperū habere cu-
rā Christus saluator nosler, non modò voluit,

prædicauit, admonuit: sed & summis nobis tū
pollicitationib; tū cōminationib; edixit. ¶ Sūt
nōnullæ, neq; expostremis quidem, ciuitates
Cæsarei Hispaniarū patrimonij, vbi his retro an-
nis quatuor coeptum est pauperes vagabūdos
expurgare, in ordinē cogere, eleemosynas cer-
taratione & modo, & colligere, & destribuere.
Sanèt ostiatim mēdici circuīre cohibeantur:
vt hoc illi laborare, diuites vero, eorū improbi-
tate illeuentur. Neq; eleemosynæ temere, pfun-
dantur. Sed delectus pauperū siat: quo, ijs quos
lex validos appellat, de medio sublati: alij, qui
verè egēt, vberiores obueniant. Quod equidē
institutū esse nemo potest, qui nō suo genere,
merito præclarū censeat, Christianoq; pectorē
videat proficisci. Atq; adeò dignū astinet, q
pro sua quisq; virili laudet, foueat, omniq; stu-
dio cōpleteatur. At cū res tā sit magni momen-
ti, aliarum quoq; sui ordinis legē subeat, neces-
sum est. Nēpe vt ea sit, de qua nō facile inter o-
mnes cōuenire possit. Operum etenim vnum
quodlibet nō de subiecta materia, quantūlibet
in honestissima versetur, virtutis continuo no-
mē promeretur: quia neq; virtutis linea statim
atttingit. Quin vero cōpluribus prius opus ha-
bet circuēs iiri, quæ in vniuersum explorata
vt sint, atq; prospecta, nisi multorū iudicio fie-
rinequit. At qui v̄l uenire sepe solet, vt prudē-
tes quidē viri atq; etiā consultissimi de rudibus
nostris imperitorū dubitationibus permulta,
quibus cauere debeant, prospiciant. Nam au-
diens sapiens (vt in proverbio est Salomonis) sa-
piētor erit. Igitur neq; tu Princeps optime, ne
que aliorū quisquā verba hæc, qualiacūq; ador-
no, aut animo mihi cuiquam aduersandi, aut cu-
pidini contendendi adscribat. Neque enim villa
Prouer. 1.
in re

in retantum mihi facultatem, arrogo, neq; in hanc talianimo citra culpam prodire potuisse. Quo circa nihil est cause, cur se mihi quis quam concertandi disputadive gratia obuiam proferat. Si quidem, ut paulò ante dicebā, non alio orationis mēa (si quos modō habitura sit) neruos intendo, quām vt ille que in pauperes apparentur leges quām fieri maximē potest, circumspectissimē ferantur. Qua ratione fiet, vt inter illos, qui hoc negotium amplissimas

Luc. 12. eleemosynas quotidie largiuntur, pro mea ego tenuitatem, cum paupercula illa euāglica, duo minuta erogauerim. Quandoquidem eleemo-

Hom. 9. su synæ, quarum sumus egenis debitores, non in euāglica solo pane positæ sunt. Quinimo vt Gregorij verba referam. Habens intellectū: curet omni no ne taceat. Habens rerum affluentiam, vigilet ne à misericordiæ largitate torpescat. Habēs artē qua regitur: magnopere studeat, vt vsum atque utilitatē illius cum proximo procurēt. Habens loquendi locum apud diuitem: damnationem pro retento talento timeat: si cum valet non apud eum pro pauperibus intercedat. Hæc Gregorius. Munus ergo à lingua nō infime prodele nonnunquam potest afflitis pauperibus. Vt enim est in Ecclesiastico. Diues iniuste egit, & tremet: pauper autem læsus tacebit. Et Iudorus (quod. 1 i. q. 3. inter decre-

II. q. 3. tare latum est) pauper (inquit) dum non habet quid offerat in iudicio, non solum audiri contemnitur: sed etiam contra veritatem opprimi tur. Ob idque qui pauperem protegit, Deum

Iob. 5. imitatur: quiesce illo pauperū patrono Iob, de manu violentieripit pauperem: & conte-

Psalm. 108. faciat à persequentibus animam eius. Idecirco

in re quæ ad Christianam religionem tanti refert, sanè quæ de vita pauperum, nec sine diuitum magno periculo, decernitur, nemo reue-
ra posset officium prætermittere, quinō protinus reprehensionem incurreret, qua (vt est in euangelica parabola) nequam illum seruum & infidū dominus tam increpuit acriter, quod talentum, quod si fœneratus fuisset, vñsoris potuisset augere, vt domino suo multiplicatum redderet, subtus terrā maluit abscondere. Absit eo hæc animo dixerim, quo velim quempia condemnare. Etenim quotquot prouinciam hanc, negotiūque pauperum suscipiunt utram uis partem tueantur, zelo pietatis ac religionis ducuntur: atque adeo vtrosque copiosi merces manet apud Deum. Sed huc penitus mea tendit oratio, quod pro suo quisq; ingenio iudicioque, rationes in medium de hac re proferre debet, quibus vtrinque discussa, exactius de-

finiatur. Quod autem in animū induxerim ad amplitudinem tuam orationem dirigere, nullum in absentia Cæsar is legitimum alium iudicem, apud quem causa pauperum orare in deligere, aut potui, aut certè debui. Cum q̄ Deus ipse, per quem reges regnant, & legum conditores iusta decernūt, s̄ p̄ & multum iudicem se patronum, ac patrem pauperū, honoris gratia, nominat. Vnde Synodus Carthaginensis quinta admonitos esse voluit prælatos, vt ab imperatoribus gloriostissimis pauperum patrocinium postularent: Tum etiam quod causa hec & ad Cæsarem & ad curiam iam diu delata est. Scriptam duxi nō latine solum (quo tamē sermonem latius ac pressius rem explicui) verū & Hispanē. Primū quod (vt alijs me claritudini tua dixisse memini, quando scholas nostras hoc honore dignatus es, vt lectionibus nostris interesse volueris) quanuis vtrūque idioma plene capias, ad principes tamen non nisi patrio eorum sermone vti, fas est. Præterea quod cū causa hæc, de qua dicturus prodeo, popularis sit vt pote cuius cognitio ad plebē etiam pertinet, operæ pretiū fuit illa lingua proferri, quam vulgus etiam perciperet.

Quo narratio continetur.

Cap. II.



Rimū, quod huic fabricæ subiectum est saxum, petitio illa fuit quadragesimæ sextæ in conuentu regni, qui Valeoti celebriter factus est, anno ab orbe redemptō. 523. supra millesimum. Quia pauperes apud Cæsarem delatis sunt, quod fines patrios egressi regnū mendicantes peragrarent: idque non sine danis (vt causabatur) quæ res publica eiusmodi gentis vagatione permulta recipit. Ob idque ius à Cæsare imploratum est, quo mendici suo quisque solo continerentur: neq; permitterentur circumuagari. Id verūtamen, quanuis vt de illo prouideretur responsum fuerit, non fuit tunc editio publico cautum. Quia de te in conuentu itidem celebri apud Matritū anno . 28. petitione. 45. de eadem rursus egenorum vagatione cōquestum est. Neque aliud inde, quām prius, responsum procuratores reportarunt: Deinde in conuentu, qui anno . 34. eodem conuocatus est, petitione. 117. alia sub alio tenore produxit supplicatio. Videlicet quod singulis regni ciuitatibus prouidus aliquis ac circunspectus vir negotio pauperum delegaretur, sine cuius testimonio & Chirographo nemini licitum esset ostiatim mendicare, vt

G hæc

Sex. artic.

hac ratione legitimi pauperes cōpertī essēt. Huic, veluti iusta supplicationi, subscripsit Cæsar, vt vagabundi (quos lex validos appellat) oppidis abigerentur aduenæ, qui prætex tu paupertatis falso titulo mendicant, pellere tur à curia. Qyibus adiecit, vt legitimū pauperes suis cuiusque diœcesibus procurarentur & alerentur. Nulla illuc tamen pœna in legitimis pauperes decreta est, quocunque regni mendicatum commigrauerint. Postea demum (quod ad rem denuò propriū attinet) anno. 40. curia, quæ est Cæsari à consilio, ea quæ præfatis petitionibus continentur, vt obseruarentur, senatus consulto mandauit. Atq; adeo post consiliariorum subscriptiones instrucciónem quædam appenditer, sola tabellionis manusignata. Qua executionis forma articulatim præscribitur. Summa eorum, quæ ad rem pertincent, sex continent articulos. Caueatur enim primum omnium, vt nemini prius mendicare liceat, quād eius paupertas legitimo examine considererit. Secundo, ne cuiquam mendico, etiam legitimo, nisi in propria patria intra certos terminos, sit integrum mendicare. Excepto inde tempore extremæ famis, aliquis cuiuslibet magnæ calamitatis. Tertio, ne absque chirographo aut parochi, aut illius, qui hunc muneri delegatus est, quisquam mendicet. Quarto, quod nisi prius sacramentaliter confessis huiusmodi chirographa mendicandi concedantur. Quinto, qui ad limina Iacobi peregrinantur prohibiti sunt, & longam moram facere in via, & à recto itinere ultra duodecim mille passus (quas Hispani quadrator leucas dicimus) deuiare. Reliqua iustissimè extra controversiam sancta sunt. Postremus denique ad eius articulus est, vt diœcesani, prætoresque urbi pro sua utriusque facultate, satagerent, instituta hospitalia reficere: eorumque dotes à quibusvis debitoribus ac retentoribus exigere. Atque adeo curarent, si qua forte ratione fieri posset, vt pauperes in suo cuiusque territorio abunde sustentarentur: ne villa eos necessitas diuagere compelleret. Hæc Metinæ anno proximè lapso. 44. præ lo mandata sunt.

¶ Super hæc fundamenta cœpere ciuitates institutiones construere. In quibus habebatur. Primum vt vagabundi urbe exigeretur. Mox vt aduenæ mendicantes, postquam essent rœsi eti & recreati, certo que donati subsidio, transire protinus cogerentur. Deinde, ne mendicantes indigenæ ostiatim discurrere sinerentur: sed domi receptis, sij ad munus hoc destinati eleemosynas colligerent, atque conficerent. Ad

hæc obcunda munera ministri, cum alijs, tūm etiam prætores executores creati sunt. Cūcta quidem zelo sancto ac pietate plena. Nempe vt legitimū pauperes, qui domi clausi malunt præverecundia extrema pati, quād ad mendicandum prodire, hac ratione maiora possent subsidia recipere. Nam qui aliter quād sancta intentione institui hæc potuissent. Zamoræ præsertim, quæ harum fuit urbi prima, ubi prior ordinis religiosi ac toto orbe illustris diu Ioannis aderat. Qui quando in præsentia celitudinis tuæ suis alijs honoris titulis nunciū pari non permittitur, cum in alijs germanè Christianus, tūm in pauperes christianissimè magnificus, atque (si verba cohærent) eleemosynarum sanctissimè prodigus, nihil vñquam in pauperes decerni permisisset, nisi religiosorum prudentumque iudicio in rem esse pauperum cognouisset. Postmodum vero cūm murmura in hac vniuersitate de institutionibus huiusmodi subvarentur, consulti nō nulli à Zamora sumus. Qui non in vniuersum eorum articulis applausimus. At nonnullis proiudicio nostro recisis, reliqua subscribere polliciti sumus. Tū demum post dies aliquot scripta ad nosab eadem urbe sunt capitulaque dam articulorum, quæ subsignaremus. Ingenue sat eorū incitiam meam ac temeritatem. Credidi nihil aliud in scriptis esse, quād ego verbo promiseram subsignare. Et ideo, quād non legi scripturam, subnotavi. Non quod inter tot numero, tamque insigniter sapientes quicquā mea subscriptio authoritatis, aut addere aut admere posset: tamen audio aliqua illic haberi, quæ si legi sem, probare præ rūditate mea non possem. Orsus hæc, quod postquam hisce diebus à reverendissimo Cardinali Tolletano, meam sententiam Valeoleti de hac eleemosynarum ratione rogatus, respondi sem, non me cuncta posse mente plenè capere, ecce articuli ei Zamorenses exhibentur, meo nomine subsignati. Quos deinde (vt audio) coram claritudine tua eorum fautores produxere. At verò cūm illius ego non sim authoritatis, quam Pythagorici suo Pythagoræ tribuebant, qui nullum veritatis testimonium petebant quād quod magister dixisset: sed eam potius Augustinianam legem ad Hieronymum (quæ in decretis est) cum omnibus qui de hac re loquuntur, tūm maxime mihi prescriptam esse cupio: ubi ait nemini præter canonicos libros, quantilibet sanctitate doctrinave polleat maiorem adhibendam esse fidem, quād eius rationes persuasionsque fecerint: quid ego alias subscripti pserim,

pserrim, nihil propemodum refert: sed quidrei
veritas fuerit, pagellam hanc testem appello.
Ad rem itaque ut reuertar, à Zamora deinceps
(tametsi nonnullis hic refragantibus) easdem hec
ciuitas constitutiones accepit. Hinc demū Vā
leoretum commigrarunt. Vbi (ut istic rumore
audiui) te amplissime domine & quidem meri
to, anticipitem habent. Vnde mihi animum
subiit, deliberationem qualem hanc cunque,
ad amplitudinem tuam scribere. Vereor ne us
que ad satietatem narrationem protraxerim.
At necessarium arbitratus sum integrum rei
summam, de qua dicturus sum, primum om
nium ob oculos ponere.

De vagabundis. Cap. III.



Eliberationem hanc ut plera
que omnia, quae in consulta
tione posita sunt, in duo sta
tin secari opera pretium est.
Enimvero quid nam liceat,
quid illicitum sit, primum
oportet constituere, mox ex his quae licita
sunt, quid expedire videatur, discutere. Hanc
partitionem Apostolus priori epistola ad Co
rinth. sub his verbis adumbrat. Omnia mihi
licent: sed non omnia expediunt. Omnia mihi
licent: sed non omnia edificant. Neq; vero ea
dem sunt ambo via perscrutanda. Sed diuersa
potius lance expendenda. Quid nāque liceat,
lege agendum est. Quoniam de quare scri
pta est lex (ut super L. prospexit. ff. qui &
a quibus iuris prudentes considerant) nullus
disputationi conceditur locus. At vero vbi ex
duobus, quae ambo per legem licita sunt, vtrū
eorum expeditat deliberamus, tunc ex aequo
& bono, argumentisque à prudentia profes
tis coniectanda res est. Et quia ex rerum di
visione per multa & scientiae & consilia luce
clarescunt, longè interest inter vagabundos
homines, & eos qui, cūm verē sunt pauperes,
per orbem mendicando discurrunt. Nam de
priori hominum genere, non lege modo par
ticulariter regni, sed antioquiori multo, quae in
ter communia iura scripta est, atque adeo di
uino ac naturali iure antiquissima, cautum est,
ne in republica impune permittantur. Alter
os vero, nempe aduenas & peregrinos (sal
vo eorum iudicio, qui iuris prudentia prae
stant) nulla lege video, quo cunque illigen
tum discurrant, inhiberi. Quin vero, si euangeli
um, & quod naturalis ratio suggestit au
fcultemus, neque esse appareat ex aequo & bo
no.

no. ¶ Quantum ad priorem partem spectat,
nomen, vagabundus, quanuis primo sono nō
hili aliud designare videatur, quām hominem,
qui sine propria sede ac domicilio per orbem
vagatur (ut super capitu. fina. deforo compe
ten. & L. h̄eres absens. ff. de iudic. doct̄e adno
tant iuris consulti) addendum tamen est, ut
eius notio habet, quod sint homines nulla ne
cessitate, commoditate, aut utilitate vagan
tes. Alias non esset (ut planē est) nomen infam
e, quippe quo ocosos homines subnotamus
Qua de re qui ratione, aut artis exercenda, ne
gotiationisve, aut alias necessitatis siue utilita
tis patrios fines egrediūtur, nec vituperantur,
neque hoc proinde famoso vagationis nomi
ne censemur.

¶ Igitur quod id genus homines qui neque
substantiam habent, ut à seruilibus operibus
procul sint, neque debilitate rursus aut quo
vis alio impedimento legitime tenentur, quo
minus labores eiusmodi seruiles subire pos
sint, non debeant impunē circumuagari, pri
num argumētum est à lege diuina. Cuius nos
Deus initio statim orbis conditi admonitos es
se voluit. Vbi hominem ex amoenissima illa
paradiso, in qua (si in iustitia & aequitate per
seuerasset) suauissimo contemplationis octo
frueretur, merito suo ejcīens, in sudore (in
quit) vultus tui vesceris pane tuo. Idque de
inceps sub figura confirmavit: dum in De
uteronomio, ne os bouis triturantis ligaretur,
edixit, Quod (interprete ad Corinthios Pau
lo) non tam curam exprimit quam Deus ha
bet de bobus, quām quod homines, qui in op
ere sunt & negotio, digni sunt quo vescuntur
pane, ocosi vero minimē. Id quod & Chri
stus ipse seruator noster in euangelio docuit:
vbi ait, dignum esse operarium mercede sua:
& vbi homines illos in foro stantes ocosos
reprehendit. Quanuis ocositatem illi excusa
uerint, quod nemo eos cōducere. Et ad Thes
salonicenses Paulus quosdam fratres acerbēre
darguit, quod cūm ocosē & absque negotio
essent, atque ideo extra ordinem, eleemosy
nas à populo recipiebant. Et concludit, quod
qui non laborat, neque manducet. Tametsi
nonnulli quando non alio eos nomine subno
temus temerari certē, parumque ad loquen
dum circumspecti, illum locum aduersus reli
giosos mendicantes interpretari tentauerint.
Cūm tamen ibidem Paulus, & alij frequen
ter aperte doceat, quantum iuris habeant qui
spiritualia seminant, ut temporalia metant.
Attamen non est hic locus digressionis huius:

G 2 sed

1. Corin. 6.
& 10.
ff. qui & d
quibus.
L. prospec
mus.

Genes. 3.

Deuter. 32.

1. ad Cor. 9.

Matth. 10.

2. Thess. 3.

Lege natu- sed ad propositam conclusionem reuertamur.
rali. ¶ Mox eadem conclusio ratione naturali co- probatur. Qui enim in bonis non habet unde vitat, nullum ius habet aliena petendi, nisi aut arte sua, aut quo quis alio labore, aut negotio alijs vicissim seruiat. Vtraque enim ratio- ne Deus & natura humanis rebus prospexit: dum & diuites esse & pauperes sapienter di- sposuit. Sanè, vt diuites essent velut anima, quæ corpus regit: pauperes verò, vt corpus quod anima seruit. Quippe qui terram colant, artes exerceant, vt hinc quibus humana vita transfigi nequit. Deus enim & natura (vt, 10.

Arist. de na- de natura animalium Aristot. author est) ni- tura aīaliū.

Senec. epi- prodigunt vitam, præter legem naturæ viuūt. stola, 19. Vnde vt Seneca. 19. libr. ad Lu. &c. 3. de natura Cicero testes sunt, ociosi homines deorum perinde sunt, ac si nō essent. Et Demetrius Phi- deorum. losophus ociosos homines mare mortuum ap- pellat. Adeò vt neque magnates qui subditum vestigalia exigunt, alio vlo iure possent accipere, nisi ob curam, solertiam, ac (si opus est) ludores, quos in subditis gubernandis sub- eunt. Quin etiam & princeps (vt Cæsar rerum clarissimè gestarum longo vsu compertum ha- bet: & tu inclyte Princeps iam iam experiri pergis) id penitus iuriis ac meriti ad tributa ha- bent, quæ sibi à repub. conferuntur, quod (vt ait ille) ottantaque negotia sustineant, vt rem pub. armis tueantur, moribus ornent, ac legi- bus emendent.

Ociositas mala. ¶ Tertia hæc ratio præfatæ conclusionis est. Ociositas (vt est in Salomone) multam mali- tiam docuit. Cuius causam alio proverbio ex- plicat. Nam cùm desiderijs semper sit prægnans ociosus, quid demum aliud, quām ma- litiam parturiat, & iniquitatem? Primum om- nium consuetudini aliena pétendi annexa cō- festim est adulatio. Mox verecundia perfri- tur. Quo tamen fræno homines à vitiorū præ- cipitio retinentur. Tertiò caro ad libidinem e- mollescit. Etenim vt poëta ille scriptum reli- quit. Ociāsi tollas, periere cupidinis arcus. Quartò mendicitas vagabundi, furandi magi- stra est. In summa, cùm huic generi perditorum hominum nulla cum hominibus melio- ris notæ, quorum bonis moribus imbuantur, consuetudo sit aut commercium, sit vt Christianæ totius religionis facile obliuiscantur. Atque adeò quibus ipsi coloribus semel infestis sunt, inquinare alios & contaminare per- gunt. Vnde Platoni in dea publica, ociositas pestilentia mortalium est. Quam ob rem ac-

Pau. deliberatio.

curatissimè canit, vt nemo esset in republica, qui oculos viueret vitæ. Et inter nostros san- ctos Theologos Hieronymus ad Rustic. (id q[uod] de consecra. distin. 5. capitulū quām refertur) De consecra- hoc nos cl[er]y peo aduersus arma diaboli prote- distin. 5. Etos esse commone fecit, si nun quām nos ocio- os aduersarius ille inueniat. Et August. in epi- stola quadam ad Vercellenses: Nullus (inquit) Vercel. fructus occidit magis dispendium. Ociusus Esau amisit primatus benedictionem: quia ma- luit cibam accipere, quām querere. Et Chry- fosto. super Ioan. Peruersi facti sumus ocio: nō laborare, nos corrūpere affluerit. Et Seneca li- bro. de clementia. Emollit oculum vires: sicut ru- bigo ferrum. Fax immota torpet: ignem agi- tata restituit. At qui alijs complaribus que in sententiam hanc cumulari facile possent, cla- rissimi testimonij, propheta ille Ezechiel post longam Hierosolymorum execrationē: quo tandem malorum omnium semina pate- faceret. Ecce (inquit) hæc fuit iniquitas Sodo- meæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & ocium ipsius, & filiarum eius: & manum egeno & pauperi non porrige- bant. ¶ His alijsque huiusmodi testimonij & argu- mentis instruxit quotquot rem publicam, aut scriptis præceptis instituerunt, aut rebus cla- ræ gestis gubernarunt, ociosos huiusmodi ho- mines de medio reipublicæ sublatos esse vo- lunt. Qui ex sententia Salomonis sunt velut acetum dentibus, & fumus oculis. Quocirca Aristot. 7. eorum lib. quos politicos inscripsit, Aristote. 7. rei publicam in ocium partitur & negotium. Polit. Atque homines ingenio præstantes (quos li- beros vocat) in ocio esse præcipit. Quid est à mechanicis artibus, alijsque id genus corpo- reis laboribus exemptos. Qui partim ad gu- bernacula reipublicæ sedeant: partim rei mili- tari præficiantur. Alij literarum contemplationi incumbant: alij denique diuino cultui mancipentur. Eis verò, qui corporis potius robore, quām ingenio valent, seruili vulgo, nullum (inquit) ocium dandum est: sed in o- pere semper & negotio teneantur, oportet. Qua de causa Lacedæmonij, bellis efferauti ho- mines (vt idem illic Philosophus commemo- rat) plus fortius isto armis & rebus bellicis iu- uentutem exercebant. At Numa Pompilius, secundus Romanorū Rex, homo contra suo- pte ingenio religiosus & pacificus, non solum (vt Liutius refert) propter deorum cultum tan- tam sacrificiorum ac cæromoniârum multitu- dinem instituit: sed in hoc præterea, ne qui ar- mis fuerant assuēti, luxuriarent ocio animi.

¶ Ad

Ad ius ergo commune ut descendamus, hanec ob rei Iustinianus Imperator legem tulit. lib.

L. de mē. va C. 11, cuius titulum fecit, de mendicantibus va
Li. C. lib. 11. lidis. Quod est, de his, qui cum non modo

sani, sed sint & ad labores satis firmi, facta simulataque infirmitate, orbe in mendicando peragunt: legitimorum pauperum eleemosynas iniuria usurpantes. Quia proinde lege potest as ciucique fit & facultas, homines humani odi, si seruilia sint, manu capiendi. Sin vero sint liberi, perpetuo (inquit) colonatu sufficiantur. Idem ferme in Authen. de quæstori collat. 6. cauetur. Sanè ut quæstori curæ sit, ad uenas qui in urbe sunt: qualis quis sit, explorare: quodque negotium aut fortuna eos in urbem perduxerit: eorum causas, quo facile expediantur, procurare. Si manere velint, valentesque sint, & ad laborem sufficientes, ad laborem compellantur. Si seruilia, possessoribus transmittantur.

Hinc & peculiares leges regni deriuatæ sunt. Neque aliud progenitores altitudinis tuæ de hac resanxerunt, quam ut iuri communis sub-

Lex parti. scriberent. Extat primum inter eas quas partitarum vocant: parti. secunda. titulo. 20. edictū:

quo legi de mendicantibus validis subscribitur. Nempe quod huiusmodi sobelani (verbum legis est) & vagabundi à republica, velut in hostes, profligantur. Id quod lege alia inter eas quas ordinamenti appellant, tametsi pluribus verbis, cauetur. Lex prima est tituli. 14. lib. 8. Biruisca anno à nato saluatore. 387. supra mille simum promulgata. Vbi nouum aliud detimentum, præterea quæ supra commemorauimus, refertur, quod respública à vagabundis accipit: videlicet quod dum ociosorum hominum turba permittitur, agrivacat cultoribus, & artificum inopia respública laborat. Quocirca, rigore poenæ moderato, quæ lege de mendicantibus validis vagabundis decernitur, potest as ciucunque fit vagabundi in seruitium proprium cogendi mense integro: absque ullo stipendio, præter viatum. Aut quod flagris cæsus, ab urbe exulet. Hæc sunt princeps integerim, quæ diuino ac naturali iure, ac subinde positivo & communi, & regni peculiari de exigendis vagabundis sanctissimè statuta sunt. Quibus conclusio prima satis (ut existimo) stabilita confirmataque est. Sane quod vagabundi non sunt permittendi, ut Cæsar in conuentu apud Matritum: anno. 34. & alibi frequenter prouidenter edicto publico imperavit.

Authen. de quæst. 6. cap. 6. De quæstori. collat. 6. cauetur. Sanè ut iuri communis sub-

De aduenis mendicantibus.

Cap. 4.



Vbsequitur ut membrum alterum distinctionis, quæ supra fecimus, expenda-mus. Quod est. Utrum licitum cuius hominū sit, modo nō sit factus, sed verius pauper, patrios limites egredi, & quocunque regni mendicatum ire. An vero contra possint lege prohiberi atque intra huiusmodi limites coliberti: ut præfatis illis regni petitionibus ad Cesarem continetur. De quo si lex esset iam Cæsaris promulgata, vnuque lōgo recepta, verba facere metuerem. Tametsi etiam tunc, si expediret, æquissimus Cæsar & consultissima curia legem mutaret. Nulla enim iniuria legibus sit, si pro temporii qualitate mutentur. At cum lex ista nō modo nō sit executioni mandata, verū si quis senatus illud consultum anni quadragesimi inspiciat, neq; sub tenore legis lata sit, nihil aliud quam obsequium existimo: si ad celsitudinem tuam qualescumque huius rationes referam.

Primùm omnium petitiones illæ sunt tres no Res noua:

ua de qua nusquam gentium aut rogata vnu quam lex est, aut ædita. Neque temere me hoc véror affirmare: sed iura omnia diuina & humana testimonio fuerint. Id quod profectò aduersus inuictum hoc magnum validissimumque est argumentum. Nam certò credas princeps clarissime, si res hæc tam esset ex æquo & bono, atque ita censem, nunquam improvidafuis set antiquitas, quæ non de hac re legem scriptisset. Cum tamen contrarium & ius communis, & regni particolare admoneat: ratio naturalis persuadeat: & capite sacra pagina prædictet. In Authentico præfato de quæstori, post quam cantum est ut aduenarū cause & negotia examinentur, quibus expeditis valentes, & firmi aut labotibus mancipentur, exceptio inde sub hæc verba fit. Læsos autem laesas corpore, aut canicie graues, hos sine molestia esse iubemus in hac nostra ciuitate. Nullo prorsus inter indigenas aduenasque facto discrimine: Cuilex quam Hispani dicimus ordinati (cuius paulo ante memini) ad verbum subscribit. Nam postquam præcipit vagabudos exilio relegari, eximit inde, nisi fuerint senio graues, aut debiles, aut valetudinarij: adeo, ut de facie conciencere liceat, non posse corporalise opere, & labore sustentari. Hos nanque absque ullo discrimine siue ciues sint, siue aduenæ, impunè

Authen. de quæst.

lex

Lex ordina-

menti.

G 3

lex

lex illa mendicare permittit. Quam deinceps legem Henricus rex apud Taurū edito novo ad verbum confirmāuit. Quare intelligere nō valēo, quomodo ex huiusmodi legibus cōmūnibus aut regni elici possit, vt mendicantibus fines & linea p̄scribantur, extra quas non sit eis liberum mendicare. Si quidem nulla haec tenus ab incolis, modò pauperes sint, aduenas discriminauerit: sed tantum inter simulators factosq; mendicos, atque legitimos vniuersitate distinxerint. Quam ob rem (si coniūceret licet) & Cæsarea maiestas & eius à consilio curia, i. 7. annos distulit ad huiusmodi supplicationes certò respondere, vt potest quas nō tam de Christiano pectorē erga legitimos pauperes, quām ex satietate mendicantium proficiens, suspicio erat. Neque in contrarium objicitur potest responsum ad petitionem, i. 7. in conuentu apud Matritum anno. 34. quippe quo de vagabundis penitus pronunciatum est, vt poena legis plectentur. Quod autem de legitimi pauperibus Imperator adiecit, vt videlicet suis cuiusque dicecibus procurarentur, elementiam potius regis, quām rigorem legis p̄ se fert. Quod autem sub conditione subiectum, si quibus abundē necessaria prouideretur, mendicare non liceret, id sine discriminē aduenae aut indigenae iustē p̄ceptum est. Neque aliud profectō curia anno. 40. edicere voluit, nisi quod si certō constitisset abundē omnia pauperibus domi suppetere, non permitterentur mendicare. Nunquam tamen legitimis pauperibus decreta poena est vbi cunque mendicent: siue in patria propria siue in aliena.

Cœlus. Ve-
ri pauperes
vbi que iure
mendicant.

Ratio. 1.

Fuerit ergo hic sub peritorum censura conclusio. Pauperes qui verè egent ex nullo loco regni expelli possunt: sed perinde ut indigenae & incolae aut permittendi sunt mendicare, aut alia sunt ratione sustentandi. Hanc conclusionem pro mei tenuitate ingenij: quinque sex verationibus asserere possum. Præter testimonia quæ de sacris literis subiiciam. Prima est hæc. Nemo nisi hostis aut insidiator fuerit reipublicæ, crimen vel aliquod aut flagitiū admiserit, ab oppido quo cunque arceri potest. Ratio in promptu est. Nam cum iure naturali & gentium viæ ciuitates quæ omnibus promiscue pateant, iure vbi cunq; licuerit comorandi nemo, nisi pro culpa, priuari potest. Vnde exilium inter acerbas poenas legis est.

L. capitaliū Adeò, vt L. capitalium, s. de poenis. si nou omni capitalis, saltem huic proxima censetur. Et quanuis aduenam ad proprium solum remittere non sit rigorosum exilium, est tamen iuris violatio, qua integrum est cuicunque vbi-

voluerit commorari. Igitur cum legitimis pauperibus nullum prorsus sit crimen, aut flagitiū mendicare, nullo certè iure possunt ex oppido quo cunque ejus: quandiu ipsi illic commorari voluerint. ¶ Secunda ratio fortè est eidētior. Principes aut res publica non possunt leges de eleemosynis ferre, quibus maiori vinculo ciues ad eleemosynas obstringant, quām sunt leges naturales & euangelicæ. Verbum ita expono. Disceptatio est inter Theologos, alijs docentibus non currere p̄ceptum aut diuinum, aut naturale de eleemosyna sub peccato mortali, nisi in extrema necessitate, alijs verò similius astruentibus non solū, tunc, sed & ex his quoque quæ hominibus pro suo cuiusque statu & conditione superfluunt, in graui saltem necessitate, teneri homines sub mortali peccato ad eleemosynas. In qua sententia est etiam, præter alios San. Thom. At fortè etiam in hoc casu, nemo tenetur de necessitate dare huic, vel huic: aut modò vel alio tempore. Sed satis est si quis de superfluo aliquibus quandoque egreditibus erogauerit. Huiusmodi legibus Princeps adiūcere nullam potest, nisi quod in extrema necessitate potest ad eleemosynas sub poenaru comminatione cogere. Attamen extra illum casum sub nulla poena potest ad eleemosynas cogere: quia nec latius p̄ceptum euangelicū extenditur, vt sub peccato mortali obliget.

Sed nihilominus etiam illi qui sunt extra extream & grauem necessitatē ius habēt mendandi ad quācunque aliam necessitatem subveniandam. Quibus misericordiae virtus & officium est subuenire. Neque Cæsar aut curia quando promulgavit, vt pauperes in suo cuiusque territorio alerentur, intenderet ciues compellere ad alienos suos pauperes abundē ne mendicare indigerent: sed solum edixit vt dotes hospitalium à debitoribus exigerentur. Adiecit autem citra p̄ceptum, vt dioecesani atq; praetores operam darent, si quo pauperes modo in fraproprios lares sustentari possent.

¶ Hinc colligitur secunda hæc ratio. Nemo cuiuscunque sit authoritatis, vel potestatis inhibere potest pauperes è sedibus proprijs mendum exire, nisi ciues lege omnino cōpellat, vt non solum tanquam ex misericordia, sed velut ex debito pauperes pascant, vestiant, cæteraque eis necessaria ministrant: quia si arctiori vinculo occluderet pauperes quā diuitum bursas aperiret, cogaret misereros extrema pati: sed princeps non hoc potest rigore ciues cogere, vt mendicos alant: saltem non haec tenus fecit: ergo nec pōtin proprijs territorijs eos occlude re. Quin verò quantūcunq; rigurofissima lex

lata

Ratio. 3.

lata esset ut episcopatus quilibet sub graui poena, suos pauperes aleret, ciues tamen non omnibus prouiderent, pauper estunc editio liberi essent: possentque quocunque vellent mendicatum ire. Nam quomodo, precor, potest lex pauperes prohibere patriam exire, si id nec crimen, nec culpa est? Aut quomodo culpa esse potest, si non sibi abunde necessaria prole sua que famillia ministrentur?

Ratio. 3. ¶ Tertia ratio, quæ proximam lucidiū expli cat, huiusmodi est. ¶ Quemadmodum intra mœnia eiusdem ciuitatis alteri diuites, alterique sunt pauperes, & in finibus eiusdem episcopatus alia sunt oppida quæ diuitijs & fortunis affluunt, alia vero quæ inopia & egestate laborant, ita & in toto regno alij sunt episcopatus prædiuites, nempe aut ubi gleba pinguior, terraque fructuum benignior est, aut gens negotiatione locupletior: alij vero steriles & pauperes: ergo ut diuites ciues, pauperes eiusdem urbis: & oppida diitiora, pauperes aliorum locorum eiusdem episcopatus eleemosynis sustinere debent (ut authores illarum petitionum confitentur) ita & locupletes episcopatus non possunt excludere aduenas pauperes steriliū regionum. Collectio profecto aperta est. Nam quemadmodum ciuitas & episcopatus, ita & totum regnum unū est corpus & una res publica: cuius omnes ciuitates membra sunt. Cur enim Deus, si hoc unquam tibi sapientissime princeps in mentem venit, Asturium finibus ac montanorum, quos in saxosum illud tenueque & infrugiferum solum cōiecerat, opimos campos ac pingues subiecit, Toletanumque regnum adiecit, nisi ut aliorum inopiam, aliorum fertilitate subleuaret? Nec satis est hoc interpretari, quādo fames, aut alia grauis calamitas acciderit: quia non solum extremè indigentes, sed extra illam patiuntur etiam homines necessitates: quibus subleuandis ius habent mendicandi. Et in regali curia celsitudinistux, ubi tot educatoriū millia expenduntur, quomodo non multo plures admittātur mendici, quam in integra alia prouincia? Vbi domus una prælati cuiuslibet, aut magnatis plures pasce-re mendicos sufficit, quam alij ex ciuibus, centum. Quando miserabiles huiusmodi homines ut vermes in republica habentur, & conculantur, integrum eis saltem cum formicis sit, arborum fastigia, victum querentes, ascendi-
dere. ¶ Quod autem unū tantum regnum videbar paulo ante unū corpus aestimare,

1. Cor. 12. secundum indulgentiam (quod ait Paulus) di-

cebam. Addiderim nanque pauperibus unius regni aditum ad regnum alterum lege Christi patere. Nam quod Apostolus Corinthios instruit, nos omnes unius esse corporis membra, non in angustias unius regni metaphoram redigit. Sed omnes (inquit) uno spiritu in unum corpus baptizati sumus. Non ergo unum tantum regnum unum & corpus: verum uno baptismate Christiani uniuersi in unum corpus regeneramur, ut singuli inuicem simus, unius aliis, membra: vobis officijs quediuersis distributa. Ut enim in fabulis est Graecorum, quod claudum cæcū humeris importabat, ut vicissim claudus cæci gressum dirigeret, ita & inter Christianos qui ingenio præstant, ignorantium oculi esse debent: qui vero corporis robore & viribus valent, debilium sint manus ac pedes oportet: sed diuites qui substantiam habent huius mundi, stomachi vicem erga pauperes gerere tenentur. Ut omnium sit demū caput Christus. Neq; Pau- Ad Rō. 16.
lo secundum euāgeliū distinctio est in Christo Iudei & Greci: nam idem dominus omnium. Quinimò si altius res ad ius naturæ referatur, genū hominum adeo suapte natura artissimo sunt vinculo coniuncti, ut, nisi hostes nobis essent, aliquodvē ab illis fidei detrimentum timeremus, neque infideles mēdicos ēno stra republica ejcere fas esset.

¶ Quarta ratio huiusmodi est. Præterquam Ratio. 4. quod aliae regni prouincia bonorum ac fortunarum quam alij amplius abundant, sunt etiam gentes alij aliae in pauperes clementiores: aliae vero nescio qua avaritia ac potius crudelitate eleemosynarum tenacissimæ. Et cum homines a eleemosynas constringi alia quam supra diximus ratione non possint, crudeliter cum pauperibus actum esset, nisi potestas misericordia facta esset, ut ab una se in alia prouinciam conferrēt. Adde quod in firmi, aut valetudinaria pauperes sepe sapienter habent propter aeris inclemētiam regionem petere, ubi salubrius refrigerentur. Et potest idem pauper assiduitate & frequentia mendicandi satietatem facere in colis eiusdem urbis, aut alia quavis forte de causa molestus esse: quapropter compulus fuerit solum mutare. Adde quod forte inimicos illici habet, aliamue occasionem peccādi, vel aliquid admiserit, unde supplicium metuit. Quibus de causis necessarium habet, aut trans fugam alibi, aut exulem esse. Nec compelli iure potest, ut rationem reddat desertæ patriæ, magis, quam si diues esset.

¶ Quinta ratio à iure sumitur hospitalitatis. Ratio. 5.

Quæ quidem, nulla fuit nunquam in antiquitate natio, aut res publica, apud quā non in magno pretio fuerit habita: atque omni religione culta. Hospitalitatem enim Plato tertiam patrem amicitiae faciebat. Hanc Theophrastus (Cicerone libr. offic. primo referente) summis laudibus efferebat. Adeò, ut Iouem suum gentilitas quem deorum optimum maximum que colebat, hospitalem, honoris gratia nuncuparent. Quo nomine templo Ioui arasque erexerunt, Videlicet, quod iudex esset vindicatorque accerrimus violati iuris hospitum.

Atqui ne ex gentibus testimonia petamus, Hebr. 13. Paulus Hebrais hospitalitatem (inquit) nolite obliuisci. Per hanc enim latuerunt quidam, angelis hospitio receptis. Alludit ad hospitiū, quo & Abraham & Loth angelos exceperūt. Quo merito Loth cū familia subuersione Sodomorum eualit. Tanto ergo honore Deus hospitalitatem dignatus est, vt angelos ad terras miserit, vbi hospitalitatis beneficium recipi rent. Et Raab illa meretrix Hierico propter hospitalitatis officium à cæde & præda ciuitatis liberata est. Vnde & multi sunt canones, quibus hospites Christianorum fidei committuntur. Igitur si hospitalitatis officium adeò fuit semper celebratum, quibus rogo majori cum laude & merito Christiani se possunt hospitales exhibere, quam egenis & mendicis? Hospitalitas autem non tam erga incolas ac ciues nostros, quam erga aduenas & peregrinos exercetur. Nam quanvis officium etiam sit, egentem quilibet techo suscipere, hospitalitatis tamen nomine aduenas propriè designat.

¶ At verò quo postremò conclusionem hanc

sacerorum testimonijs confirmemus, nusquam

sacræ scripturæ discrimen ullum inter indi-

genas & aduenas (modo pauperes sint) factum

esse legimus. Quin potius a quo iure & mo-

mento commendat nobis ubique sacram elo-

quium aduenas pauperes, atque indigenas.

Exod. 23. Primum Exodi. 23. Peregrino (inquit Deus) molestus non eris, scitis enim aduenarum ani-

mas: quia & ipsi peregrini fuistis in terra Egy-

pti. ¶ Et Leuitici. 23. Postquam messueritis

segetem terræ vestre, non secabitis eam usque

ad solum: nec remanentes spicas colligetis, sed

pauperibus & peregrinis dimittetis eas. Et

Deuteronomi. 10. Deus amat peregrinum,

& dat ei viuum atque vestitum: & vos ergo

amate peregrinum. Et Paulò inferius capite.

14. Peregrino qui intra portas tuas est, da ut

comedat, aut vende ei. Primum quidem, si fuerit pauper: alterum vero, si vnde emat habue-

rit. Et quod omnium maximum est, inter ea de quibus nos Christus seruator noster admovit exacturum esse rationem, unum, neque in postremis est, si cum hospes erat & teccatens, hospitio exceperimus. Respondeant ergo mihi quæso qui aduenas pauperes abigunt, si & vagabundos profligamus, neque alienigenis pauperibus hospitales sumus, qui nam reliqui sunt, quos erga possumus hanc misericordiam exercere. Nisi eos forte dixerint, diuites inquam homines & illustres, qui apud pares alios hospitantur. Hos veruntamē (tam et si & hoc officium sit) non eos existimo esse, quos Christus designauit, vbi inter alias pauperum eleemosynas, & hospitalitatem quoque connumerabat. Arbitror ergo, nisi mea fallit opinio, ius esse pauperum quocunque regni mendicatum procedere. Nec satis est dies binos, aut ternos sustineri in urbe, si diutius illic commorari libuerit.

Conclusio.

Quo obiectionibus respondetur.

Cap. 5.

Neque ullam uñquam, quæ huic aduersetur, legē vidi. Nisi pro lege ha beatur, quod Flandriæ modo apud Hiprum institutum audio. Vbi inter alias constitutiones, prouidenter quidem & Christianè institutas, decretum etiā est, ne alienigenis pauperibus urbs pateat. At nō omnne exemplum pro lege habendum est. Aiunt Parisenses patres decretum sublignasse. Id quod profecto nunquam credam. Hoc enim tantum probare potuerunt, quod non tenebrentur omnibus prouidere. Quod tamē in urbe non admitterentur, nullā id ratione Parisenses, aut quiuis sacrarum scripturarū, iurisive prudētes affirmare potuissent. ¶ Quod autem omnium maximū testimoniū pro se asserre possent, qui asserunt pauperes intra natales limites lege contineri posse, est ex concilio Turenensi secundo sub Pelagio primo annis hinc fermie mille celebrato. Cui⁹ in capitulo, verba sunt hec (Vt vnaquæque ciuitas pauperes & egenos incolas alimentis congruentibus pascat secundum vires, ut tam vicini presbyteri, quāciū ciues omnes suum pauperem pascant, quo fieri, ut ipsi pauperes per ciuitates alienas nō fatigentur.) Hoc verūtamen & quissum ac sanctissimum decretum nobis potius, quāciū aduersa opinioni manifeste suffragatur. Hic nanque nulla sit prohibitio pauperibus, quo minus quocunque libere possint mendicatum exire. Sed

Cōcilium Tu
renense. 2

xx. 100. 1

Sed in favorem pauperum admonetur unaqueque ciuitas suos incolas pauperes sustentare. Quo fieri (inquit) ut pauperes per alienas ciuitates non fatigentur. Et præterea neque verba noui præcepti sunt positivi, ut unaquaque ciuitas suos incolas congruentem sustineat. Sed solum admonentur iuxta veritatem Euangelicam, ita se gerant erga pauperes, ut non cogant miseros aliunde victum queritare. Erat enim tunc usque adeo erga pauperes, & in prælatis cura, & in subditis charitas, & in omnibus benignitas, ut non solum mendicis nulla esset necessitas, in alienas exequendi, sed certe neque in propria patria mendicandi. Nisi forsitan pauper esset citoitas, ut suis mendicis non sufficeret. Quod tum apud alios frequenter, tum

Cyprianus. etiam apud Cyprianum legimus. Cuius verba sunt libr. 1. epistola. 10. Quod si illuc Ecclesia (loquebarur enim de paupere ciuitate) non sufficit, ut laborantibus præstentur alimenta, poterunt se ad nos transferre, ut victum hic & vestitum accipere possint. Et libr. 3. epistol. 10. Habeatur interim quantum potest pauperum cura, ut his ad tolerandum penuriam sumptus per vestram diligentiam suggeratur. Et epistola 1. 24. Infirorum & omnium pauperum cum peto diligenter habeatis: sed & peregrinis, si qui indigentes fuerint, sumptus suggeratis de quantitate mea propria. Quæ quantitas, ne forte iam vniuersa erogata sit, mili aliam portionem, ut largius & promptius erga laborantes fiat operatio. Sed de hoc latius infra. Hæc enim solum attuli, ut ostenderem, qua ratione primitua Ecclesia, sanguine adhuc Christi mandens & feruens, operam dabant, ut pauperes non peregrinarentur apud alienos. Non enim vallis eos limitibus, aut prohibitionibus, ne exirent, sepiebat. Sed ita eorum necessitatibus prouidebat, ne compellerentur exire. Quocirca mirari satis nequeo, quomodo à Cæsare petitum sit, ut literas Apostolicas impetraret, ne pauperes possent extra natale solum mendicare. Nam quomodo Pontifex hujusmodi literas concessisset, nisi arcissimo præcepto & Pontifex & Imperator quacunque ciuitatem adeo obligaret ad alendos pauperes, ut possent, etiam per prætores sicuti ad reliqua tributa, cogi ad pauperum congruentia alimenta vestituque & reliqua necessaria eroganda. Ut paulò ante dicebamus. Quæ quidem lex (ut illuc item insinuabam) nec forte iustè ferri, nec comodè executioni mandari posset. Sed de hoc latius Obiectioes. adhuc infra. ¶ Rationes autem quæ authoribus illarum petitionum animum inducerent, nihil aliud quam aequitatem petere, hæc fermè

esse poterant. Primum causari possent, nullam prouinciam alienis pauperibus teneri: sed suis vnamquamlibet tantum debere. Alias pauperum sarcina in hanc plusquam in aliam iniuste propenderet. At ratio hæc bifariam diluitur. Primum damus nullam prouinciam (ut ex his quæ præfati sumus colligitur) pauperibus alterius præcepti vinculo teneri: quia ne mo citra extremam necessitatem petenti largiri cogitur. Non tamen protinus consequitur, ut possit mendicus limine arceri: quomodo ius habeat salua cuiusvis libertate & ubi cunque, & à quo cunque postulandi: ac prece quæ emilibet ad misericordiam coniuendi. Præterea in qua prouincia plures sunt ciuitates, eo iure quo ubi eis Deus ac copiosius bona fortuna distribuit, largiores etiam elemosynas Christi pauperibus, cuiuscumque sunt gentis, debent. Alias cum Deus sit omnium dominus, non prouidenter vita humana prospexit.

¶ At replicet quis forte, charitatis modo & ordine, plus nos eis, priusq; teneri quib; cum sanguine aut alia necessitudine coniuncti sumus, atq; adeo ciuib; nostris, quam alienis. Id quod Paulus Galatas edocebat, ubi ait. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes: maximum autem ad domesticos fidei. Huic veruntamen respondetur. Primum quod Paulus non solum erga domesticos nos admonet esse beneficos: sed erga omnes cuiusque sint nationis aut conditionis. Id autem solum docet, quod ubi facultas amplior non suppetit, ab ijs qui sunt nobis propinquiores exordiamur. Præterea respondetur, id quod attentiū in hoc loco adnotandum est. Nempe quod aliud est quemcunq; amplius teneri suis, quam alienis (quod duntaxat docet Paulus) loge vero aliud quod alieni & exteri iure suo priuentur quod habent petendi elemosynas à quo cunq; mortalium, præsertim inter Christianos. Quod reuera nunquam est licitum. Fortasse dum ciuitas in extrema egestate & fame constituta, sibi non posset sufficere, ius haberet arcendi aduenias propter extreamam, quam patitur, inopia. Tamen si profecto vix tute potuisse consulere. Quinimò famis calamitate totum regnum ingruente, quicunq; habet ius exquirere, ut victum ubi cunque inuenire potuerit. Sed satis esset tunc populum admonere, ut qui non omnibus posset, suis prius succurreret. ¶ Altera ratio quæ ad persuadendam huiusmodi petitionem assertur, est, quod sint qui habentes in bonis unde viuant, dum in alienam se transferunt prouinciam paupertatem simulant, at-

Galat. 6.

que adeò fraude eleemosynas surripiunt, quæ possent incolis legitimisque pauperibus melius collocari. Et præterea contagiosos morbos ac pestes ab una regione in aliam traducunt. Aliaque his similia inconuenientia in praefatis petitionibus referuntur. Fator (id quod compertissimum est) nullum esse hominum statum aut ordinem, vbi non sint boni & mali, probi & improbi, vt paulo post suoluco sum latius dicturus. Attamen quando status & conditio generis suo licitus est, ita sunt maliti plectendi, vt nulla statui irrogetur iniuria. Cum ergo pauperum conditio, eorum etiam qui aduenæ sunt & peregrini, inter nos licita sit, satis fuerit si quoties facti pauperes comprehendantur, poenas luant. Veluti in alijs qui buscunque hominum ordinibus lege & more fit. Neque sunt propterea aduenæ pauperes penitus extirpandi. Id præsertim, quod qui domi substantiam habentes: alio se transferunt, vt mendicitatem mentiantur, adeò rari sunt, vt nulla eis propter numerum opus sit lege. Neque est quod à mendicantibus timeatur, vt propter eorum multitudinem vlla vñquam prouincia, aut certè ciuitas minus in bonis habeat. Quod verò de pestium contagione causatur, non sunt peregrini, qui huiusmodi pestes frequenter transmittunt. Sed turba pauperum vblicunque est etiam incolarum, solet non nūquam in causa esse morborum ac pestium. Neque occurrit quodnam præterea argumentum aduersus aduenas & peregrinos, qui sint tamen legitimi pauperes, obijcere quisnam vel probabiliter poterit.

De peregrinis ad diuum Iacobum.

Cap. 9.



Rticulo huic proximo ille appendet qui est de peregrinis ad diuum Iacobum. Qui est, vt nec longam moram trahant, nec à recto itinere ultra duodecim milliapaßuum declinent. De quo, ne omnia dicendo contamina revidear, non multa volo verba prodigere: sed pauca hæc admonuisse, sat erit. Primum quod cum peregrinatio opus honestum sit ac religiosum, neque omnium certè postremum, quæ ad diuinum cultum attinent, non decet propter unum aut alterum, qui fortè sub habitu peregrini vagabundum agit, quicquam decernere, qd in odium esse peregrinationis videatur. Id præcipue, quod peregrini alienigenæ sunt: qui ab

Peregrina-
tio.

Pau. deliberatio.

exteris regionibus plurimum religionis gratia ad nos veniunt. Ob idque possemus inde alijs regnis scandalum dare, quod præscripta, & vndique septa semita peregrinos constringimus, veluti pecus, incedere. Adde itineris sterilitatē: vbi vix posset tāta peregrinorum frequentia, vel pane refici. Qui tamen iure, & hospitalitatis & religionis latius ac benignius deberent apud nos recreari. Præterea sunt & in visceribus regni stationes aliæ, ad quas religio etiam est diuertere. Quinetiam si quos vel curiam celsitudinis tua, vel vrbes alias principes regni visendi cupido subiret, nunquid inurbanum ac propemodum inhumanum esset, vias eis vel eleemosynas interdicere? Crediderim proculdubio violati iurisgentium aduersus nos agere tunc possent. Tametsi liceret eis tunc temporis præfinire, quo in patriam remearent. Neque aliud existimo curiam pronunciasse: nisi quod qui vult in curia vel alibi regni longam moram sub habitu peregrinorum facerent, ad sedes suas transmitterentur. Iuxta tenore Authen. de questore. Nam iam tunc veluti vagabundi sunt iudicandi. De quibus tantum Cæsarea maiestas apud Matritū anno. 34. edixit, vt à curia pellerentur. Hæc sunt Princeps omnium integerime quæ de prima parte huius qualisunque disputationis prolatu digna visa sunt. Vbi discutere proposueram, quid per leges circa pauperes constituitur, quid ve neutrīam sit licitum. Atqui animus erat persuadere (nescio an præstiterim) quod id duntaxat inter pauperes discernendum est, sint ne legiti pauperes, an vero facti & simulati. Quo- Epilogus. rum inter neutros amplius distinguere iure licet, sint ne indigenæ & incolæ, an alienigenæ & aduenæ. Sed si legitimis fuerint, tam aduenis quam peregrinis ius est promiscuè mendicandi. Id tamen ordo charitatis exposcit, vt qui non omnibus possunt, cæteris paribus, incolis prius eleemosynas conferant. Dummodo alijs iure mendicandi non expolientur. Qui verò contra pseudo pauperes fuerint, tam indigenæ quam alienigenæ, sunt tanquam ocosi extermiandi.

Define quo ratio pauperum referenda est. Cap. 7.



Embrum alterum deliberatio Secunda
nis huius est, eorum quæ lege pars.
erga pauperes constituere &
exequi licitum est, ratione modumq; discutere, quo melius
fiat, ad Christianamq; religio
nem

g: x articuli. nem propius accedant. Sex articulis supra complexi sumus, quae erga pauperes constituenda circuleruntur. Primus, ut nemo antequam de eius inopia legitimo examine constitetur, mendicet. Alter, ut nemo nisi in solo natali mendicet. Tertius, ne cui id liceat sine chirographo. Quartus, ut ne chirographa nisi sacramento confessis concedantur. Quintus est de peregrinis ad diuum Iacobum. Sextus (qui omnium celeberrimus est) ne pauperes ostiatim per vios mendicare sinantur. De secundo quidem & quinto copiosius (ut reor) dictum est, quam ut eos iterum opus sit in disputationem repetere. Primus autem qui ad examen attinet, iuris habet autoritatem: ut capit et tertio latè patuit. Sed in modo in dubium revocatur, quam huiusmodi examen fieri debet exacte. Cui pro inde tertium quartumque articulos insertos esse oportet. Ut tandem sexto postremus lo-

Finis. cus relinquatur. ¶ Primum omnium statuendus finis est, quo ratio omnis & officium erga pauperes referri debent. Id quod Aristot.

Aristot. 7.
Ethico.

Etim.
Cicero.

frequenter admonet. Ait enim Ethic. 7. quod ut in omnia ita, & in consilio primum omnium est finis. Qui (ut lib. primo admonuerat) est in omni prudentia & prouidentia velut sagittoris album, quo sagittam dirigit. Vnde libr. 5. colligit de fine astimanda esse media. Nempe ut qualis sit finis, talia censcantur media. Quod Cicero in de inventione significans ait, finem primum ponendum esse, quo omne officium referatur. At quin praesentialium procul primū absit, ut petitiones istae, institutiones, ac rationes denique pauperum exsuffitate & nausea profiscantur, quam fastidiosis quibusdam huius seculi hominibus, suo aspectu & improbitate facere solent mendici. Nam quanvis præter consultissimum &quissumq; regum senatum, cuinulla nisi sancta intentio, ac zelus euangelicus inesse potuit, ut ad id quod tam improbe flagitabatur prouidenter responderet, illi etiam (quos ego nouerim) quinegotium hoc & prouinciam gerunt, animum habere nullatenus possunt nisi misericordia ac pietate plenum, quo legitimis pauperibus ac fame pereuntibus melius consulat, horum nihilominus verba constitutionum certe nequeunt suspiciose scrupulum non injicere, siue inter primos inventores forte aliquos (ne omnes in culpa & suspicione ponamus) qui non tam ut eleemosynas melius collocarent, quam ut mendicantium turban & molestiam ex se excuterent, tam sanctas constitutiones molirentur. Profecto si miserum hunc statum & ordinem pauperum tot legibus cir-

cunseptum Ambrosius, aut certè Chrysostomus audiret: nempe ut non, nisi diligenter examinedi, & confessi prius, & cum chirographo, & intra natales limites, & denique domi clausi exiguum tandem stipem recipierent, qua vix vitam transigere valent, nihil aliud, quam in odium huius miserandæ gentis leges has censeret inuentas. Et quando non odium nos dicamus, saltem neque pectus & viscera quibus pater nos pauperum Christus erga suos pauperes filios esse voluit, prese ferunt. Quam putatas inclite ac celeberrime princeps eauendum est, ne nomen mendicorum pauperum odio sit Christianis, ne vilpendio id ludibrio que habeatur: illi plane ipsi qui illud modò despiciunt habent, in tremenda illa die (ut est in libro Sap. 1:12.) perterriti timore horribili: & admirati in subitatione insperatae salutis: nimis utinam quādo diuitum pauperumq; sortes ac vicestam viserint diversē mutatas: tunc gemētes (inquit) præ angustia & intra se pœnitentiam agentes his verbis confitebuntur. Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum astimabamus, saniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Re vera quando non alio nomine pauperum ordo Christianis commendatus esset, ac nomē hoc honorificum atque amatissimum haberetur, quam quod Christus liberator noster (qui nō nisi optimum mortalium ordinem optasse credendus est) ordinem & conditionem pauperis elegit: abundē nōmen hoc gloriosum fuisset. Adde quod apud eum nusquam sacræ scripturæ bene audiunt diuites. Cum tamen totum Evangelium fauoribus privilegijs atque commendationibus pauperum sit frequentissimum. Non quod principum status & ordo, aliorumque præterea qui sunt in dignitate aliqua & potestate constituti, non sit in Evangelio probatissimus. Nam cū omnis potestas (dilectore Paulo) à domino Deo sit, in summo eos Roma. 13:1. honore & pretio haberet & quissum est. Attamen diuitiarum abundantiam ac bonorumque a fortuna sicut, nusquam ut paupertatem honore dignatus est Christus. Nam ut regium Psal. 71:1. psalmūtā prætermittamus, quin in hoc Christum venturū ubiq; prænuntiat, ut iudicet pauperes populi & saluos faciat filios pauperum. Et ne patientia pauperū pereat, sed desideriū eorū exaudiat Christus seruator noster exordiū prædicationis inde sumpsit, ut illorū errorē cōtuderet, qui in bonis amplissimis ac fortunis felicitatem constituebant. Beati enim inquit

inquit pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum eorum. Neque vero eos tam spiritu pauperes appellat, q̄ religionis voto paupertatem libere profitentur, sed eos præterea, qui egestatem & mendicitatem æquo animo ferunt. Et de plebe eos pauperū leuavit, quos in principes orbis ac legis promulgatores instituit. Et ne vniuersa narrando fastidio fuerim, nunquam Christus cum diuitibus pauperes nisi in honorem pauperum, cōtulit. Adeò nascente Ecclesia apostolis, à Christo, ita insi-

Jacob. 1. tutis, in pretio fuere pauperes, vt Iacobus scriptum reliquerit, quod introierit inconveniūtum nostrum vir aureum annulum habens, in veste candida, introierit autem & pauper in sordido habitu, non potius diuiti, quām pauperia assurgamus. Aliás, inquit, acceptatores essemus personarum. Instituebant enim Apostoli Christianos, vt præter eos qui in dignitate sunt constituti, de solo virtutis merito personas expenderemus, & estimaremus. Vt potest cuīs tantum respectus tunc habendus est, quando comœdia huius mundiperaeta, & his, quāe apparent, personis depositis, meritorum veritas reuelabitur. Quo sublimius pauperum sortem extollamus? Cum Deus ex testimonio David bonorum nostrorum non indigeret, mirabilem excogitabit artem, qua diuitum egret subsidio. Non enim satis dicere habuit, quod vni de his fratribus meis minimis fecisti, pro me fecisti, & ego retribuam (tamen si hoc verbo egregiè eleemosynas commendasset) sed, quod vni (inquit) ex his fratribus minimis meis fecisti, mihi fecisti. Ego ille enim sum famelicas, quem cibastis, & quem vestistis: nudus: & quem hospitem excepisti. Neque id solum in hoc mundo, vbi diuina maiestas personam pauperis induere dignabatur: sed in sua illa die, qua maiestatem immensam cunctis cœlestium, terrestrium, & infernorum ordinibus manifeste demonstrabit, tunc (inquam) confiteri non dignabitur, egenum se & mendicū apud nos egisse. Boni consule Princeps omnibus virtutum ornamētis cumulatissime, si fuerim tantisper digressus, vt pauperum nomen celebrarem. Quod magnopere ad præsens institutum iudicauerim conferre.

Vt autem è reuertamur, vnde digressi sumus, nec satis equidēfuerit, si id pro fine huic negotio præsituatur, quod exactis vagabundis, eleemosynarum onere res publica subleuet. Non enim huius tantummodo gratia tantam necessarium est operam dari, tot creari ministros, tamque multis legibus instructos. Nam sunt in republica, quiper contractus mi-

nus licitos, & præterea qui fraude & dolo alienam substantiam multoq̄ ampliorem suffurantur: aduersus quos tamen nullæ huiusmodi machinæ intenduntur. Quin addiderim vero, quod nisi hac ratione eleemosynæ, quæ vagabundis auferuntur, legitimis pauperibus integræ accrescent: atque adeò pauperum ordo vagabundis expurgatus in pretio maiori haberetur, amplioribusq̄ cumularetur eleemosynis, damnum potius, vagabundis depulsis, acciperet diutes, quām commodum. Etenim quantas nunc cunq̄ eleemosynas faciunt, iustum numerum earum non complent, quas facere tenentur. Si ergo nihil aliud res publica his constitutionibus exequitur, quām vt eleemosynæ minuātur, melius planè multo esset, si quos misericordia in pauperes emollire non sufficit, non solum improbitas legitimorum mendicātum vincat, sed & simulatorum astutia decipiāt. ¶ At neque satis iustus officij huius finis est mores pauperum emendare. Nam & ipsi profectò, si facultas adeset plura in nobis forte, quæ corrigerent, inuenirent. Et satis præterea est (vt paulò inferius latius dicturus sum) si diuitum prælati tam seculares, quām ecclesiastici hanc etiam erga pauperes curam susciperent. Tametsi nō reprobauerim, si procuratores pauperum in temporalibus, quasi aliud agentes, eorū etiam mores respexerint.

¶ Finis ergo & scopus horum, quæ erga pauperes adorantur officia, is præsituendus est, vt veris pauperibus per eleemosynas melius consulatur: nempe vt temporalia subsidia ampliora recipiant: atque eleemosynæ non solum non decrescant, sed hac potius ratione augeantur. Ad quem proinde finem sunt omnia instiuta punctim referenda: & quæ huic obtinendo magis conducunt, ea sunt potissimum eligēda & exequenda.

FINIS
constitutio-
num paupe-
rum.

De obligatione qua Christiani ad eleemosynas tenentur. Cap. 8.



Oc veluti scopo ante oculos posito, id deinceps præmonere est operæ pretium, q̄ eleemosynas quas in pauperum subsidiū conferunt, non tam ex proprijs bonis elargiūtur ciuitates, quām vulgus sibi hominum pertusit. Sunt enim longè quām existimant maiori obligatione pauperibus debitæ. Deus namq; omnium prouidentissimus, cui curæ est non solùm iumentis fœnum producere, sed fecenum ipsum

ipsum quod hodie est, & eras in ciborum mititur, liliaque agri ita pulchre vestire, ut nec Salomon in omni gloria sua tamen fuerit vestitus, nunquam adeo humani generis fuisse negligens, ut inter ditissimos homines, pauperes perinde subfido destitutos reliquisset, atque inter Christianos modò vsu venire compemus. Quocirca in hoc diuites bonis affluere prouidit (nisi id in perniciem possidentium quandoque permittat) non ut superfluerent, sed certe ut in pauperes & egentes, quod redudaret, effluerent. Neque idita absque altissimo consilio disposuit, sed ut humanum genus arctiori necessitudine ac veluti charitatis nodo connecteret, videlicet ut veluti corporis membra essent: quæ ideo se suapte natura tam charæ diligunt, ut alterum alterius vicaria opera sustineantur. Atque adeo cognoscerent eundem esse & diuitum & pauperum dominum atque patrem. Quando quidem diuites, pauperum dispensatores instituisset. Veluti in rebus natura constantibus, ob hoc Deus & natura coelestibus rationibus terram subiectam esse voluit, ut virtus eius inde abillis dispensaretur. Vnde theologi hoc in testimonium vni^o Dei potissimum afferunt argumentum, quod orbis partes vniuersae adeo se amabilissimo amicitia complexu inuicem continent, ut nisi ab eodem essent principio, tam se charæ nunquam diligerent. Quocirca Ioanni Apostolo, summo secundum Christum dilectionis magistro, certo certius est, quod qui habet substantiam huius mundi, & videt fratrem suum necesse habere, neutquam esse potest in charitate. ¶ Vnde Sanct. Thom. sapienter quidem colligit, non solum, ut extremè eagentibus eleemosyna fiat, in p̄cepto esse, quod Ambrosius (vt est in decretis dist. 86.) admonet dices. Pascit fame morientem: si non paupilli occidiisti: verum etiam addit doctor sanctus, quod homines ex his quæ pro suo cuiusque statu abundantius habent, tenentur eleemosynas facere. Collectio est manifesta. Si enim proximos secundum Euangeliū, ut in eos ipsos diligere te nemur, & qui habens substantiam huius mundi dividensque fratrem suum necesse habere, testante apostolo, fratrem non diligit (quia non est in charitate) huiusmodi homo legis reus est: atque adeo mortaliter delinquit: cum hoc solo peccato amittatur caritas. Neque potest quiseo colore tergiuersari, quod Ioannes loquatur quando frater est in extrema necessitate. Etenim si hanc tantum necessitatem insinuaret, non adiecisset, si quis habens substantiam huius mundi. Nam huiusmodi necessita-

ti extremae is etiam qui non habet substantiam, id est bonorum abundantiam, tenetur quo potest modo succurrere. Diuites ergo homines extra extremanam necessitatem sub p̄cepto nonnunquam ad eleemosynas tenentur.

¶ Id quod diuino p̄terea testimonio corroboratur: quod est apud Luc. Vbi dum Christus quosdam increpasset, quod nullum ferrent virtutis fructum, ac proinde tanquam steriles arbor essent succidendi & in ignem mittendi, per contantibus earum nonnullis qua se maxima ratione aduersus hoc periculum communire, respondet, quod qui habet duas tunicas det vnam non habenti: & qui habet eas, similiter faciat. Ecce nulla hic mentio extremae necessitatis sit. Sed quo se quisque a gehennal ignis asserat (quo tamen nemo, nisi propter peccatum mortale precipitabitur) ut bona sua cum pauperibus communicet, iubetur.

Neque magna copia diuitiarum requiritur. At, qui habet (inquit) duas tunicas, det vnam non habenti. Sane quod ad vitam abundat, vna tunica est: qui vero amplius habet, imparti regentibus iubetur. Theologis scholasticis dantes vehementer per se refacere videantur, multa comminiscuntur, ante quam sub peccato mortali homines ad eleemosynas obligent. Nempe quod habent superfluam: quod pauperes graueriter indigeant: aliaque huiusmodi. Id quod neque ego modo costrictius & (quod aliud) scrupulosius definire intendo. Quia neque rem scholasticè disputo. At ubi sanctos patres attenus lego, existimo, quod neque in pauperibus tam grauenit necessitatem, neque in diuitibus tantam super statum redundantiam desiderabunt, ut sub peccato mortali eleemosynas exigerent. Imo vix fortè credebant esse hominem, si pauper ipse non esset, qui non aliquid haberet, quod erogare teneretur. Cui enim non superfluunt mille, centum fortè superfluent: quod si non centum, saltem decem. In summa quis est qui non possit aliquam contra detrimentum domus suæ openi ferre pauperibus? Vnde Ambro. super Luc. quod est in can. in singulis. dist. 86. Misericordiae (inquit) singulis. communis est vsus: & ideo communis p̄ceptum est omnibus. Non miles excipitur: non agricultor vel Urbanus. Diues & pauper omnes in comuni adiumentur, ut conferant non habenti: misericordia enim plenitudo virtutum est: & ideo omnibus est preposita perfecta forma virtutis. Haec tenus Ambr. Atqui quas nos misericordia penurias, & quibus affliguntur, calamitates, leues & stimamus, non polliuin non ve hemeter timere, futurū esse, ut in die iudicij eas fuisse

fuisse constet, quibus succurrere tenebamur. Hic certe idioma illud sanctorum patrum dimanauit, quo auaritiam ac tenacitatem diuitum in pauperes nihil minus, quam furtum, & rapinam appellant. Verba Hieronymi sunt

Distin. 42. in cano. hospitalem. 42. distin. Alienam rapere conuincitur, qui ultra necessaria fibi retinere probatur. Et Ambro. super Luc. inter expone dum parabolā illam diuitis, qui cogitans apud se quomodo fructus non erogaret, sed congregaret, subito animam dedit, acerbiora adhuc

Distin. 47. adiicit verba. Quæ sunt in cano. sicut hi. d. 47. can. sicut hī. vbi postulans cum diuite, cur apud se retineat quod in pauperes erogare deberet, responsū auari diuitis hoc introducit. Quid iniustum est, si cum aliena non inuadam, propria diligētius seruo? cui hæc verba remittit. O impudēs dictu: quid propria dicis? quæ ex quibus reconditis in hunc mundum detulisti? proprium ne modicat, quod est cōmune: quod plusquam sufficeret sumptui, etiam violenter obtentum est. Nunquid iniquus est Deus, vt nobis non æqualiter distribuat vitæ subsidia? vt tu quidem es es affluens & abundans; alijs vero deesset & egerent: an idcirco magis, quia & tibi voluit benignitatis suæ experimenta conferre: & alium per virtutem patientiæ coronare? Prudenter equidem, atque (vt illi erant) sanctissimè considerabant Deum in commune bona hæc humano generi cōtulisse. Quæ proinde eo sunt postmodum iure gentium distributa, vt tamen in necessitate omnium esset cunctis communis vsus. Ecquid mirum est si sancti ad hunc modum fuerint loquuti, cum si Chrysostomo concione de Lazaro secunda: fides adhibenda est, verbum illud Esaiæ. 3. diuino ore probatum, Rapina pauperis est in dominibus vestris. de eleemosynis pauperum quæ apud diuites retinentur, fuerit interpretandū. Adeò vt quæ illic Esaias diuitum ornamenta, nempe lunulas, torques, monilia, armillas, & mitras, ceteraque id genus, quæ improprietudo commemorat, non nisi de his, quæ pauperibus surripiunt, diuitibus superfluat. At vero quod super hæc omnia, non me tantum, sed Augustinum de hac re vehementius commouent, duo hæc sunt. Primum sententia illa dominica. Non potestis Deo seruire & mammona. Augu. super nœ. Ecquid enim aliud hoc est, quam non potestis simul diuitiarum cupiditati obsequi: & misericordiarum erga pauperes eam habere curam, quam vobis Dominus maximam habere præcepit? Alterum vero est de quo in eiusdem loci interpretatione sanctissimus ille ac sapietissimus pater magnoper admiratur.

Chrys. con.
2. de Laza.
Esa. 3.

Sanè quod cum sint tam multa peccata, criminæ, & flagitia, de quibus homines sunt in aternum condemnandi, nullius tamen mentio in Euangeliō fiat, quod sit in die Domini in causam æternæ damnationis obiciendum, quam esuriui, & non dedisti mihi manducare: sitiui, & non dedisti mihi bibere: nudus fui, & non cooperuisti mihi, hospes denique, & non me suscepisti. Hæc August. Res ergo, nisi nos auita excæcatos teneret, nisi aspides essemus ad elo quia diuina obsurdescentes, manifestissima est, multò latius patere eleemosynarum preceptum, multosque alios casus comprehendere, quæ sibi homines falso persuaserint. Alias quomodo in uniuersum omnes in illa die neglectæ misericordiæ sententia complicaret? At quia nec locus est hic, neque subinde animus rem hanc ad vnguem exigere, hæc satis fint; si modò extreum hoc verbum adiecerim. Faciamus Deum, omnium tam diuitum quam pauperum patrem esse: cui veluti patrifamilias, curæ est omnibus cōsulere ac prouidere. Necesariò colligitur, aut Deum parum fuisse prouidum, qui inopes & mendicos præsidio destitutos reliquerit, aut diuites perfidiæ & inhumanitatis redarguendos esse, qd cum eorum fidei Deus pauperes commiserit, potestatiq; permisit, bona, quæ in sua fide posita sunt, sibi vendicant, deposita negant, fidem non seruant.

De mendicorum paupertate examinandum. Cap. 9.



IS ceu fundamentis instruci & informati ad primum articulum, qui de pauperum examine est, possumus iā demū descendere. Quod quāvis ex lege sit, quanto id rigore fieri expediat, id quidē est in deliberatione positū. Duo in pauperibus examināda huiusmodi. Duo paupertculi designant. Primum eorum paupertas & rū examinā, inopia: sint ne veri, an ficti pauperes. Deinde mores & vita. Primū in articulo tertio, alterū in quartō insinuatur. Quod ad primū attinet membrū, nihil aliud quā æquitas & operæ pretium est fictos simulatosque mendicos de medio pauperū tollere. Id qd in prima conclusione abudē cōmōstratū est. At vero primū omnium cōsideratione hic dignū est, qd aliud est misericordes esse hoīes in pauperes, alind vero iustos esse aduersus prauos & iniquos. Misericordiā deus vniuersis hoībus præcepit, maleficiū aut vindictā paucis iustitię ministris cōmisit. Qui teste Apost. hac de causa gladiū portant, vt vindices sint in iram eis qui malè agūt. Confideratio. 1. Rom. 13. ¶ Ob

¶ Obidque animaduertēdum est, an satis forte esset, ut qui alijs mortalium ordinibus præfētisunt, qui iustitiam administrent, mores emendent, peccata vleiscantur, vagabundos etiam exquirant, puniant ac profligare curēt. Aut forte quod senatores, & rectores vrbiū singulis hebdomadibus, aut mensibus conuentum mendieorum facerent: & quos validos esse conuincerent, pœna plesterent. Atque vel operilaborique addicerent, aut ex vrbe relegarent. Nam plures prætores executores aduersus pauperes, quām aduersus diuites creare: quorū nullum aliud negotium sit, quām pauperes sexplorare, in ius vocare, discutere, & exigere, nō tam ex misericordia in ueros pauperes, quām ex odio effetotius ordinis pauperum iudicare quispiam forte posset. Id vel maximē, quod prætores, diuitum crimina non tantasolertia scrutantur; sed satis officio suo faciunt, si qui fuerint ad se delati, lege correxerint. Non ergo vigilantiori indagatione opus est aduersus pauperes. ¶ Mox considerare oportet, quod miserum hoc, abiectumque & imbecille genus hominum, nō est, vt suas possint causas defendere. Nam vt paulo ante ex Ecclesi. citauimus, diues iniuste egit, & fremit: pauper autem Iesus facebit. & Ecclesiastes. Sapientia (inquit) pauperis contempta est: & verba eius non sunt auditā. Vnde diues vbi de crimine aliquo, aut debito postulatur, aut iudicio, aut armis, aut aliose quoquis modo tueretur: mēdicus verò, etiam si per calumniam accusetur, nullo se valet clypeo protegere: sed perpeti se iniuriam necesse est. Adde, quod si diuti partem bonorum iniuria ademeris, partem retinet vnde viuat: si verò calamitosum mendicum, ne mendicet prohibeas, miserum enecas. Hac enim de causa tam multis in locis Deus se patrem orphanorum, viduarum, & pauperum profitetur. Hanc ob rem ecclesiæ patres tantam prælati pauperum curam injungunt: cuius testimonia citare immensus es- setlabor. Nempe quod pauperi à potente nulla esse potest defensio. Deinde cū genus istud misericorum inuidijs sit & æmulatio nibus frequentissimum, vix, dum de paupertate aliquis inquiritur, verum testimonium inuenias. Sed alijs alijs calumniantur: qua vñusquisque fraude satagit, vt quod alijs aufertur, sibi accre- Præpositi scat. Quibus de causis si qui huiusmodi inquisi- tionibus & examini delegantur, homines esse magnopere oportet, non cuiusque, sed præci- prii ordinis, & existimationis, ad leuitatem mi- sericordiae propensi magis, quam ad rigorem iustitiae, qui pauperibus suffragentur citius,

quām refragentur. Nam si officiales executores de plebe instituantur, qui paupertatem, forte quam in alijs requirunt, intus ipsi sub pallio tegunt, facile possunt iustitiam pretio vendere, vt eos penitus validos esse accusent, qui cōferre eis nihil valuerint. ¶ Est præterea in hac re non prætereundum, quod vt sit quisque legitimus pauper, non est necessarium esse infirmum. Sat enim est, si sit ætate prouectus, aut debilis, aut quoquis alio impedimento teneatur ne tantos possit subire labores, vt sibi & suis congruēter sufficiat. Id quod in lege illa de mē dicantibus validis prouidenter scribitur. Cuius titulus non est de mendicantibus sanis, sed de mendicantibus validis. Non ergo qui homo sanus est, continuo à mēdicatione prohibetur: sed qui est validus. Neque id silentio præterit lex illa, quam appellant ordinamēti. Ait enim quod si sint homines qui de facie manifeste possint iudicari esse validi, operi & labori ad dicantur. Ergo vbi facies & vultus eos non prodit, non alias discussionem, aut perscrutationem requirit lex. ¶ Vnde hoc alta mentere. Documentum est documentum, quod redubia tum, pro pauperibus potius in fauorem paupertatis, quām aduersus eos pronuntiandum est. Nam multò esset minus malum & incommodum, vigintimalos & vagabundos permittere, ne quatuor legitimis pauperes inter eos excluderentur, quām quatuoriure quod habet mendicandi excludere, vt viginti validi expellantur. Hac enim etiam ratione Zelum nimirum seruorum Zizania festinantium euellere sapienter repressit pater familiās, vt est apud Matth. 13: ne forte colligentes Zizania, eradicaret simul cum eis & triticum. ¶ Huc etiā pertinet, quod sunt permulti qui quælibet opera & labores quandoque ferre possint, non tamen iugiter, aut frequenter. Est enim qui potest dies aliquot in mense, aut in hebdomada in opere ducere: non tamē per totum mensem, aut hebdomadā. Et est qui dimidiatum diem laborare potest, non tamen integrum elaborare. Et esset perquām molestissimum, si quoties miserum hominem vires deficerent, opus haberet diputatos adire. Ad haec. Sunt præterea qui etiam si validi sint, ius nihilominus habēt mendicandi. Sanè qui opera non inueniunt, aut patronos qui se condūcant. Quos in propria patria non inueniunt, quoconque quæsumum exire possunt. Vnde quæcunq; profectò regni ciuitas tenetur tā in colas, q; aduenas, aut alere, aut mēdicare pmittere, quandiu non eis opera assignauerit, aut patronos quibus suas possent operas locare. Hoe

Consideratio. 2.

Eccles. 9:.

Consideratio. 3.

Documentum.

Matth. 13:.

Consideratio. 4.

Considera-
tio. 5.

Hoc enim ad regnigubernationem spectat, ut qui in una civitate vivere non possunt, humaniter suscipiantur in alia. Quam ob rem mercenarij illi in Euangelio de ociositate reprehēsi legitimè compurgatis sunt, dicentes, quia nemo nos conduxit. ¶ Ad hæc sunt & nonnulli bono sanguinari, qui nec artē dedicere mechanicam, nec sunt fortē negotiacioni apti, neque tenentur quidem ad villa se seruitia summittere. Sed ius habent pauperum stipem à quo cunque recipere: ac perinde ampliorem, quam alij inferioris classis. ¶ Atque hæc qui dem secundum rigorem iuris concedimus. Nā si de hac re priscos illos patres, quos Deus velut Ecclesiæ fundamentum subiecit, consulamus, longè alterloquendum esset de hoc pauperum examine. Validissimum nanque argumentum quo ista pauperum inquisitio corroboratur, inde sumitur, quod sunt non pauci, qui in fraudem & perniciem reipublicæ multas cōminiscuntur artes, quibus se infirmos, lœbos, trœcos, & mancos fingunt, & simulant. Quo nō potest in republica maior esse dolus. His ego verò qui hoc tam magno arguento vtuntur, respondere nūquām audebo, ad magnum illum pauperum patronem Chrysostomum, inquam, remitto. Cuius vei bā homilia. 37. ad populum (præter alia complura quæ in hanc sententiam alijs in locis identidem confert) omnes oro atque obsecro, vt neminem (prolixa quidem, aurea tamen) audire pīgeat. Postquam enim cum diuitibus v̄hementer postulauerat, vt vestibus, quas rodit tinea, & vermis absunit, nudos contegant, responsum diuitum in medium infert, dīcentium. Simulat pauper tremorem & infirmitatem. Attende maxime Princeps, quemadmodum etiam tū tempore Chrysostomi has diuites eleemosynarum excusationes prætexabant, hæc in pauperes maledicta iactabant. Sed accipe quibus Chrysostom⁹ verbis in eos qui ista proferrēt, inuicitur. Non times (inquit) ne fulmē ab hoc verbo cœlitus accensum in te feratur. Disrum por enim ab indignatione, parcite. Tu quidē ventre tumens & pinguis, & ad profundam potum producens vesperam, & mollibus calefescens itragulis, non te dignum dare poenas censes? cūm tam iniquè Dei muneribus vtaris (neque enim vt inebriemur est vinum: nec vt crapulemur, esca fuit facta: nec vt ventrem disrum pamus, cib⁹) pauperem verò miserum, nihilo melius mortuo dispositum exquisitas exigis rationes: Nec Christi times tribunal illud horrendum & terribile. Nam & si simulat, ex necessitate simulat, & egestate, propter s-

uitiam & inhumanitatem tuam, quæ talibus personis supplicantibus ad misericordiam nō flectitur. Quis enim tam miser & ærumnosus, vt nulla premente necessitate, pro solo pane velitita deturpari & plangere, talesq; poenā sustinere? Igitur illius simulatio fertur inhumanitatis tuae præco. Quoniam enim supplicans & deprecans, & miserabilia fundens verba, ḡ mens & lachrymans, totum circumiens diem, neque necessarium inueniebat alimento, forte ad hanc artem excogitauit, nō sibi tantum, quantum tibi dedecoris & accusationis inferē tem. Nam ille quidem misericordiam inuenire dignus est, quod in tantam deuonit necessitatem: nos autē innumeris dignis supplicijs, quod pauperes talia pati cogimus. Si nāquā de facili fleceremus, nunquam ille talia subire maluisset. Et quid dico nuditatem & tremorem? Hoc enim horribilis dicam, quod & liberos immaturam agentes ætatem, quidam excæca re sunt coacti, vt nostram penetrarent insensatam duritiam. Postquam enim videntes, nudi quæ circumstantes, nec ab ætate, nec ab erumna crudeles flectere potuerunt, his tot malis aliam grauiorem adiecerat tragœdiam, vt famē soluerent, leuius esse putantes hoc communī lumine priuari, & splendore omnibus confessō carere, quam cum fame continuam habere pugnam, & miserrimam mortem sustinere. Quoniam enim paupertatis misereri non didicistis, sed gaudetis calamitatibus, vestrā implent improbam libidinem, & sibi & vobis gehennæ flammam acriorem accidentes. Hæc Chrysostom⁹ plurimaq; alia huius emphasis verba, non minus Christianè quam eleganter fulminat aduersus eos, qui de crudelitate reprehēdentes pauperes, quod in proprias personas contra naturam peccant, propria corpora vitiando, non ad se reuertuntur: vt animaduentant, suam ipsorum immanitatem & feritatem, qui miserorum precibus nō flectuntur, in causa esse, vt tragicas illas artes in se exerceant. Nam re vera si diuites cōgruenter pauperibus subuenirent, nunquam illi diuitiarū causa nuditates illas & cicatrices perferrēt. At miseram stipem non ante extorquere valeant, quam illas comminiscantur tragœdias. Hisce splendi-dissime Domine nō id contendō, vt vagabūdi & sycophantæ non corrigantur, sed vt quemadmodum alij cuiuslibet ordinis, aut conditionis corrigantr. Sunt enim & inter opifices, & inter religiosos, & inter causidicos & scribas, & inter clericos & inter magnates, etiam & prælatos, quisuo quisque ordine & gradu fragiles sunt, criminosi, flagitosi, atque adeo pane

Considera-
tio. 6.

pane quo vescūt indigni. Aduersus quos tñ nō
tā multi p̄scrutatores & executores intēdunī.
Cribro. n̄. purganda sunt crimina, nō in cerni-
culo setaceo. Canon est. 6. quæstio. 1. quòd si
omnia in hoc seculo vindicata essent, locum
diuinā non haberent. ¶ Absit ut cuiq; mortali-
um ordinis otam ego aliquam inurere velim.
aut quēpiam traducere. Quod autem patet &
manifestum est, id in genere citra iniuriā pro-
ferre possum. Quot ergo sunt in republica, aut
opifices, aut ministri publici, qui per fraudem
multò plura surripiunt, quām validorum vni-
uersatūba mēdicātiū: atque ea quidem lau-
tē & splendide dispendunt. Et possunt homi-
nes horum fraudes & rapinas q̄quo animo to-
lerare. Quòd autem simulatus pauper exiguū
& miserrimum obolum aut dipondium, non
alia sycophātia, quām nuditatem, tremorem,
famē & infirmitatē circumferens surripiat, id
nulla ratione adduci possunt, vt ferant: sed lu-
ce eos priuandos esse proclaimant. Ecquis vnu-
quam fuit hominum, qui propter fallacē pseu-
do pauperum turbam aliquod substantiæ de-
trimentum fuerit expertus? Mitto eos qui cō-
tractibus ac negotiationibus minus licitis in
rem suam aliena conuertunt. Sunt enim for-
tē non in paruo numero, quorū vel vnuus mul-
tò ampliorem substātiā in quo mammona
confecit, quām validi mendicantes vniuersito-
tius regni. Et hi quidē quia diuites validi sunt,
sustinentur: alios verò quia sunt mendicantes
validi, neutiquam pati possumus. Cūm tamen
apud Christianos valere nihilominus deberet
horum miseria & inopia, quā illorum opes &
potentia, vt saltem inter illos, his etiam parce-
remus. ¶ Adde quòd quanvis sint aliqui ocio-
si ac perditi homines, qui propter inertiam &
socordiam in paupertatē venient, & alij for-
tē qui se pauperes simulant, sunt nihilominus
per quām multi, quos diuites verè pauperes ef-
fecerunt. Venatio nāque leonis (vt in Ecclesia
stilo legimus) onager in eremo: sic & pascuā
Ecclesi. 13. diuitum sunt pauperes. Quocirca non adeō
res esset incongrua, si horum iniurias, illorum
tolerantia cōpensaremus. Nescio an pauperū
miseratio longius me quām constitueram ad-
uersus diuites inuexerit. At nihil nisi quod vel
in sacro eloquio scriptum est, aut ore omnium
versatur, dixisse me arbitror. ¶ Neque silenter
dissimulare possum, quòd cū officiū aliquod
publicū, aut (quoddeterius est) beneficium cō-
fertur, nulla prorsus de personā dignitate &
meritis ratio habeatur: quam tamen Christus
beneficiorū institutor maximā haberi voluit.
Et tamē vt mendico panem sit integrū postu-

lare, tota opus sit inquisitione & probatione.
¶ Postremū omnium vereor, vt neque diligen-
tia hæc ratio que examinandi exigendis, vall-
dos pauperes intētum omnino finem exequa-
tur. Hunc (inquam) nē latrones & perperisint
homines in republica. Nam qui vrbē exceedūt,
non rectā ad patrium solū reuertūt: sed per
villas & pagos oberrant: vt qui minutatim per
simulatam mendicationem intiūs furabāntur
ampliora furtā & latrociniā exerceant. Neque
verò possūt omnes patibuli peñas dare. Quia
vero quemadmodum in alijs vitorum generi-
bus minor a mala, quibus maiora evitēt, per
mittūt (dicente Augustino, quod si meretri-
cest ollas, omnia adulterijs replebuntur ita for-
tē quanvis ex mendicantibus validis nonnulli
procreentur latrones: atque adeō sit in eos cer-
ta ratione & modo animaduertendum, est in
rem etiam fortē & bonum publicum, si nonni-
hildē rigore in hac parte remittatur. Ne per ex-
tremum qui validi sunt mendicantes, validissi-
milatrones fiant.

De Vita pauperum expendenda.

Cap. 10.



Lterū quod in pauperibus exigitur
antequām sit eis mēdicare licitum,
ad vitā eorum pertinet & cōmores. Sa-
nē vtrū sint concubinarij, aliave
contagione infecti, sūt ne præterea statis tem-
poribus confessi: aliaq; id genus obseruēt, quæ
de Christianis hominibus requirunt. Et quātū
adhāc attinet curā, nemo esse potest qui zelū
non probet. Nullus enim est mortaliū ordo, cui
fraternā nō debeamus correptionem. At verò
sancti patres, quotquot de eleemosyna scrip-
runt, nūsquā cū misericordia, quæ pauperibus
debetur, tantā iustitiā voluerūt esse cōiunctā.
Etenim eleemosyna (quod nomen græcū est)
idē pollet quod misericordia. Materia verò &
obiectum, quòd huic misericordiae corporali
subjicitur: nihil aliud est quā miseria & inopia
pauperis: cuius subinde officiū est, pascere esu-
rientē, nudū vestire, & hospitē teclō donare.
Et ideo, vt hanc pauperibus misericordia exhibe-
amus, nihil aliud in pauperes sancti explorat,
quām q̄ inopes sint & mendici. Misericordia
verò spiritualis seorsum posita est in correptio-
ne frattis. Atq; adeō in stitū malefactores co-
hibendi (vt paulō ante dicebamus) ad alios in-
stitiæ ministros spectat. Aliud enim est miseri-
cordem esse, aliud vero malefactorū vindicē.
¶ Audi precor Christianissime Princeps quid
de hac re Chrysostomus senserit, cūm alibi se-
pe, tum maximē concione secunda de mendici-

Misericor-
dia.zodin do
zadina
z. do IChrysost.
Homil. 17.
ad popu-
la.

H. co La-

co Lazaro . Nam & sua etiam ætate istas ex-
actiones, & correctiones fraternalis diuites mo-
liebantur in pauperes, quibus suam auaritiam
excusarēt. Aduersus quos hæc exaggerat ver-
ba, tantò certè meliora, quātò longiora. Abra-
ham (inquit) sciens non excutiebat quales es-
sent prætereūtes, nec vnde venirent, quemad-
modū nos nunc facimus, sed sine delectu præ-
tereentes excipiebat omnes. Nā eum qui præ-
stat humanitatem nō oportet exposcere vitæ
rationē, sed in opia mederi, necessitatīq; sup-
peditare. Vnicum habet patrocinium pauper,
quòdeget, quodque in necessitate cōstitutus
est, ne quid ab illo postules amplius. Sed etiam
si fuerit omnī improbissimus & eguerit ne-
cessario viētu, sedemus illius famē. Ita & Chri-
stus præcepit. Estote, inquit, similes patri ve-
stro qui est in coelis, qui solem suum oriri fa-
cit super bonos & malos, & pluit super iustos
& iniustos. Portus est in necessitate constituta-
torum homo misericors. Portus autē omnes
qui in naufragium inciderint, excipit, liberat-
que, siue mali iuerint siue boni. Deniq; quicū-
que fuerint qui periclitantur, in sinu ille suos
excipit. Tu proinde si videris hominē qui in
egestatis naufragiū inciderit, ne iudica, ne vite
gesta examina, sed medere miserit. Quid ipse
tibi negotium accersis? liberauit te Deus om-
nitali solicitudine & curiositate. Quām multa
pleriq; fuerant disturi, quanq; difficiles erant
futuri, si Deus præcepisset, vt prius accuratè
vitā factaq; singulorum disquireremus, actum
demum cōferremus eleemosynam? Nunc hac
omni curiositate nos liberauit. Cur ergo curas
superuacaneas nobis accersimus? Aliud est iu-
dex, aliud eleemosynæ largitor. Ideo vocatur
eleemosyna, quod eam & indignis damus.

Galat. 6. Vnde & Paulus dixit. Quod bonum est facite
erga omnes, sed maximè erga domesticos fi-
dei. Quòd si indignos curiose discutiamus dis-
quiramusq;, ne digni quidem facile in nos in-
cident. Quòd si indignis quoq; præstiterimus
beneficiū, nimirū & digni, quiq; omnium
illorum malitiam virtute pensem, venient in
manus nostras, sicut euenerit beato Abrahæ, cui
minimè curioso quales essent qui præteribāt,
contigit tandem vt & angelos exciperet ho-
spitio. Huncigitur & nos imitemur, simulque
cum hoc nepotem illius Job: quandoquidem
& hic progenitoris sui magnanimitatem sum-
ma cū diligentia est imitatus. Eoq; dicebat o-
ftium meum iugiter patebat cuius adueniēti.
Non si huic patēbat, vt alteri eslet occulsum,
sed indifferenter apertum erat omnibus. Hoc
exēplū & nos imitemur, nihil ex quirētes ultra

quā oportet. Nam ad hoc vt pauper dignus ha-
beatur eleemosyna, satis est egestas. Quòd si
quis cū hac cōmendatione nos adierit, ne quid
amplius curiosēscrutemur: nec enim moribus
demus, sed homini, nec illius ob virtutem nos
eius misereat, sed ob calamitatem, quo nimis
rum & ipsi copiosam à domino misericordiam
nobis conciliemus, ipsiq; digni simus in quos
ille conferat suam benignitatem. Nam si cum
conseruis nostris ceperimus exquirere dignita-
tem moroseque vestigare, idem & deus factu-
rus est in nobis, dumque studemus à conseruis
responscere vita causas, ipsi superni numinis be-
nignitatem amitteremus. In quo em inquit iudi-
cio iudicaueritis, iudicabimini. Haec tenus Chry-
ost. ¶ Quòd si diuus hic de hoc fortè in suspi-
cionem vocatur quod misericordia (vt sanctis
simus ille erat) flammatus plus nimio pauperi-
bus indulgeret. Cuius proinde scripta, nō aliter
quā pretiosa vestis genus pauperum hono-
ris titulis splendescit. Ambrosiū appellemus, Ambros.
si ei fortè astipuletur. San ē qui lib. Nabuthi. c.
8. vbi loquens de modo faciendę eleemosyne,
sic ait. Non requiras in pauperibus quis vnuſ-
quisq; mereatur. Misericordia non de meritis
iudicare consuevit, sed necessitatibus subuenire,
iuvare pauperem, non examinare iustitiam.
Scriptum est enim, Beatus qui intelligit super
egenum & pauperem. Vbi nulla sit boni &
mali discrepancy. Sed arbitror Augusti. testi-
moniū de hac re desiderari: sanè curius ingeniu
est res pressiūs controuersando differere. Sub
ijciam ergo & grauissimi patris testimonium,
quod est in enarratione psalmi. 102. super ver-
sum. Faciens misericordias dominus. Vbi edo-
cet Deum non facere misericordiā nisi iis qui
& ipsi sunt misericordes, iuxta verbū domini.
Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiā
consequentur. Quæ autem mensura sit miseri-
cordiæ subdit, vt ne quasi (inquietus) in amicū
sit, & non sit in inimicū: quia dictum est. Dilis-
cite inimicos vestros: benefacite his quivos
oderunt. & Prouerbr. 25. Si esurierit inimicus
tuus, ciba illum. Inimici autē, si bonorum ma-
xime sunt inimici, boni esse non possunt. Si er-
go misericordia erga inimicos est, non est mi-
sericordiæ officium inter bonum malumq; di-
scernere. Sicuti misericors deus super bonos &
malos oriri facit solem suū. Atque adeo pater
misericordiarum Christus nullum misericor-
diæ modum ponit: sed omni (inquit) petenti re-
tribue. Obijcit tamen August. documentum
illud Ecclesiast. 12. quod prima facie cum hac
sentētia pugnare videtur: vbi legimus. Si bene
feceris, scito cui feceris. Bene fac iusto & inue-
nies

niestribulationem: quoniā altissimus odio habet peccatores, & misertus est p̄oenitentibus. Tu ergo da misericordi, & ne suscipias peccatorem: da bono, & non receperis peccatorem: benefac humili, & nō dederis impio. Vide quāta cōgeminet accumuletq; verba sapiens ille, vt non nisi erga iustos simius benefici. Quæ tamē Augusti. facile diluit. Nam contraria esse non possunt euāgeliō. Vtrūq; enim (inquit) complex: & nō suscipias peccatorem, & omni penitentida, & si quādo peccator est qui repeatit, non des tanquam peccatori: sed tāquam in op̄i. Si intendas in opiam miseriamq; pauperis leuare: non souere peccatū. Haec tenus August. Igitur quod sapiens in ecclesiastico admonitos nos esse contendit, hoc dūtaxat est, vt quādo pauper de eleemosynarum abundantia auſam & potestatem peccandi nāctus reprobū fit: neque aliud ei collata beneficia, quām vitorum semina sunt & fomenta, tunc correptionis gratia subtrahēda sunt huiusmodi pauperi. Id quod ad Vincētium Donatistam scribit August. & habetur in canone. non omnis.

Can. nō om̄is 5. q. 5. Vtilius enim, inquit esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligat, quām esurienti panis frangatur, vt iustitiae seductus acquiescat. Et id quidem intelligito quando est compertissimum eleemosynas in damnum pauperis vergere. Alias scrutatores nos esse pauperū non licet. Quin verò alterū eius institutum obseruandum nobis est: quod in lib. de quinq; h̄eresibus extat. Vbi post commendationē hospitalitatis Abrahā & Loth: qui quo scunque sine discriminē hospitio suscipientes, angelos meriti sunt habere hospites, subiicit. Dicite Christiani sine discretionē hospites suscipere, ne forte cui domum clauseritis, cui humanitatem negaueritis, ipse sit Deus. Quod & in reliquis pietatis officijs eadem est ratione seruandum. Ergo quod ex istis tam multis tamq; manifestis sanctorum testimonijs colligitur (vt omnia sub uno aspectu ponamus) sic habet. Officium misericordiæ non est inter bonos & malos discretionem facere: id enim iustitiae partibus & ministris reseruatur. Misericordia verò in hoc posita est, vniuersis inquā hominum miserijs sine vlla discrepantia præsto esse, & succursum ire. Quocirca procēmio illi, quod in capite huiusmodi artiuelorum, Christianè quidē religiose, ac sapienter super scribit, quo Christi seruatoris nostri erga nos imminens amor, benignitas, & clementia merito commendatur, quo sanctissimē commone mur, vt quæ nobis ille eximia charitatis officia præstit, eis nos ipsi in eius pauperibus re-

Aug. d̄ quin que h̄eres.

Epilogus.

pendamus, illi in quam ex ordine animaduertēdum est, an congrueret satis ac décorē subiicitur, vt qui vagabundi pseudoque pauperes fuerint, vrbe eliminentur, mendicis si adueniēt, nihil aliud quām transitus concedatur, in colarum mendicorum vita & mores diligēter expendātur, qui h̄ec solerter exequentur, officiales & prætores sunt. An verò aptius sub illo procēmio subscriberetur, vt quotquot Christo nomina dedimus, & fidem obstrinximus, promiscue in omnes sine discerniculo elemetes essemus & benigni. Nam hoc Abrahā, quo se Christ⁹ patre dignatur faciebat. Ita eius eleemosynarius Tobias filium instituebat: dicens, **Tobi. 4.** Noli auertere faciem tuam ab ullo paupere, ita ēm̄ fiet, vt nec à te auertatur facies dñi. De hoc seru⁹ eius Iob gloriatur, q̄ nemini vñquā pauperum quod volēbat negauerit. Portui sancti eius cōparant misericordē, qui naufragos omnes sine discriminē excipit & liberat. Id ipsum magister ipse prædicat, vbi ait. **Luc. 6.** Omnipotenti tribue. Hac ratione Christus quando ingen tem illam multitudinē in eremo pauit, nullos vagabūdos exceptit, nullum inter bonos & malos fecit diuortiū. Hoc misericordiæ nomen designat, vt indignis beneficiū exhibeamus: nam quod dignis confertur, iustitia est. Inde Deus misericors est, quod solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos, & in iustos. Hoc iustitiae pharisaeorum nostrā Christus præstare voluit, vt non tantū amicos, sicuti illi, sed etiam inimicos diligremus. In hoc demuni ineffabilem eiusin nos misericordiam cōmendat Apostolus, quod cum adhuc peccatores essemus, pro nobis mortuus est. Revera qui has pauperum constitutiones cōminiscuntur, sanctam habere possunt intentionē, iusti esse possunt (nisi in hoc sint forte nimii iusti, quod prætorū officium in malefactores usurpat) sinceram tamen suisq; numeris absolvit, misericordiā minime se exhibere credat. Quippe quæ inter dignos & indignos non discernit. Est equidem in ordine charitatis positū vt (vbi reliqua paria sint) probos, reprobis: deterioribusque, meliores in conferendis eleemosynis anteponamus: sed tamen neq; misericordis hominis est tam anxiē merita perscrutari, neq; esse equidē potest, nō solū peccatoribus nihil dare, verumetā phibere ab alijs petat, qui forsitan quod tu negas, concederent. Verbum nimīrum illud forsitan Christi apud **M. Matthæ. 10.** edocti. In quācūq; domum intraueritis, dicite: pax huic domui: & siquidem fuerit dominus digna, veniet pax vestra super eam: si autē non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos.

Confessio.

Pari enim modo in eleemosynarū ratione, tā et si pauper non sit fortē recipere meritus, cōferentem nihilominus præmīum manet apud Deum. ¶ At quod ad æquitatem & iustitiam articuli quarti attinet, de rigore illo cogendi pauperes ad confessionem, faterime malem ignorantiam meam, quām omnino consentire. Enim uero ut sunt pauperes ad necessarium hoc sacramentū instruendi & admonendi, ita in has miseros angustias coniugere nō est ope ræ premium, vt nisi confiteantur, nullatenus sit eis licitum mendicare. ¶ Primum confessionis sacramentū sub poena capitū edicere, præter quā p̄ esset lex intolerabilis, odium profecto in sanctissimum sacramentū concitaret: mendicos autem mendicitate interdicere, poena capitis est: vt pote quibus nullum aliud est vitæ præsidū: non ergo licet eos sub hac poena ad confessionem compellere. Hoc cum diuitibus expostulare cupio, de hoco os, nisi ægre ferat, cōuenio. Si esset eis confessio hæc legere promulgata, vt post pascha nemini panem sumere, nisi prius confessio vñquam liceret, sed fame potius pereundū, an reclamarent. Cogitare aliud non valeo. Cur ergo eam legem pauperi præscribunt? Sunt (sunt) inter illos, qui integrū decennium non cōfiteruntur. Sunt itidem & in ter diuites huiusmodi complures: qui non tam acerbè ad confessionem perstringuntur. At di uites aliena non petunt: ego vero pauperibus bona mea clargiri nolo, nisi confessis. Hic pūnctum rei huius occultur: in hac semper isti sa lebra hærent: hic eorum attentionem desidero. Ut enim interim disputare prætermittam, an egens & pauper, quātuim tu, tantum ipse iuris habeat ad bona tua (nam sancti patres sunt quia cōsent: nos verò id astruere veremur) hoc saltem in confessio est, euidentiusque ac certius, quā vt ab aliquo posset inficias iri. Nempe quod æquum ius est cuiq; pauperi in quauis necelitate, etiam citra grauem, petendi eleemosynā, ac est illud quod quisq; habet in propria bona. Quin etiā fortē amplius: cūm in maiori sit necelitate. Quo sit vt nemo cuiuscunq; sit autoritatis p̄ ostēt hoc iure pauperes priuare, nisi propter eā culpā, de qua posset diuites etiā bonis proprijs multatate. Quin vero dicere auderem, propter quam posset di uites, vt fame perirent, condemnare. Nam qui iure postulandi pauperē excludit, ad extremā cum adigit famem. Si ergo iustissimus quisque nemini viēlū, nisi probato viro & confessio (veluti sacro sanctum sacramentum eucharistie) ministrare cogitat, non continuo ius facultatēq; misero admittat, quō minus circuire

possit, si quem forte legibus misericordia mē lius instrūtum inueniat, qui paneū porrigit.

¶ Additac (quod omnī plūtūm cauētū est) si pauperes (adoctū vulgus) tā acriter ad confessionem cōfiterentur, dubitas ne optime Princeps, quin vñ vēnire possit, vt falso sicut que multi cōfiteantur, sacramentūne sume extangulentur, contaminantes. Revera quando sancta synodus sacramentū cōfessionis (quod in iure dīmino erat) quod annis edixit, pra uidebant sancti patres, si maiores poenas cumulassent, pauciores forte fore qui præceptum trās gredierentur, nihilominus tamen veriti netimore grauissimā poenā sacrilegus aliquis es set in sacramentū fīcte confitendo, satis duxerunt transgresſorem ingressu ecclesiaz & ecclesiastica sepultura interdicere. Quāz quidē quā uis Christianis pro acerbiori poena, quā extrema famē habenda esset, tanē non tam homines deterret, quām poena temporalis, vt eius metu fīcte quis confiteatur. Vnde illa vna ex sex decim qualitatibus & conditionibus quā sacramento confessionis circumstare debet, nempe q̄ sit libera, intelligere nequeo, quomodo stare simul potest cum tanto rigore cogendi homines ad confessionem. ¶ Quartum ergo ad correptionem pauperum pertinet, sanctissime inter hos articulos institutū est (si id mō diligenter executioni mandetur) primum, vt pauperum paruuli patrū cura emancipati patronis deputentur, aut artibus & opificijs addicantur. Pauperes deinde nō nunquam, vt cōciones publicas audiant, compellantur: vbi religionem & virtutē doceri possint, admoneri, que & exhortari. Quibus optimū esset viros aliquos probatē vitē preficere, qui eorū curā & rationē haberent. Id quod planē esset corporalibus spiritualē etiam misericordiā adhibere. Exemplo dei, qui quorum corporalem vitam prouidenter suffientat, spiritualē quoq; legibus, consilijs, & exemplis, instituit, admonet, ad bonumque & honestum inducit.

Correptio
pauperum,

¶ Hoc præterea hic apprimē admonere necesse est, ut pauperū: corū vel maximē, q̄ publicē nō sunt mendicitatē professi, Quibus, vt video, eleemosynā quā plurimo vendūtur: tā tum abest, vt gratis siant. Nam primum cū Hispani, quibus honor, quā vita, pluris est, extrema malint perpetuam, quam de mendicitate traduci, nullatenus in pauperibus conscriben dishabetur ratio secreti. Sed nobiles quibus negotium datū est, longo famulatio comitati publicē pauperes disquiunt. Quorum profecto multi mallēt eleemosynis carere, q̄ tāti emere. Est enim

Secreta crt:
mina non p
randæq; vitē pauperū: corū vel maximē, q̄ publicē nō sunt mendicitatē professi, Quibus, vt video, eleemosynā quā plurimo vendūtur: tā tum abest, vt gratis siant. Nam primum cū Hispani, quibus honor, quā vita, pluris est, extrema malint perpetuam, quam de mendicitate traduci, nullatenus in pauperibus conscriben dishabetur ratio secreti. Sed nobiles quibus negotium datū est, longo famulatio comitati publicē pauperes disquiunt. Quorum profecto multi mallēt eleemosynis carere, q̄ tāti emere. Est enim

Est enim sicuti vñquā gentiū, in Hispania præcipue obseruādus modus ille en angelicus eleemosynarū, vt nesciat sinistra quid faciat dextera. Id quod Ambro, Nicolaus, Chrysosto, & alij sancti patres obseruantissimè faciebant. ¶ At quod peius multò est, ne dicā magis iniuriam, anteq; miserrimæ eleemosynæ impendātur, occulta nonnūquā crimina præter iuris ordinē exquirūtur. In relectione, quā de ratione tegendi & detegendi secretū edidimus, pro vi-
tū nostrā traſtauimus, nullū ius esse perquirē di perscrutandi q; crimina, nisi qua aut fama proclamat, aut in dīcia vñcunq; produnt. Neq; semper diuitū peccata, his etiam p̄cūntibus, & proclamantibus vñstigantur. Et tamen pauperum maiori multò cura ac diligentia secreta peccata detegūtur, quām miseria subleuentur. Miseranda gentis conditio est, si vt obolū tandem fusciant, tantum sabire habent periculum famæ. Cū tamen in hac remeditatione opus esset, quōd calamitosi homines ærumnis & miserijs afflīti ſapissime leuandianimi gratia peccata admittūt, quibus diuites ex delicijs & fortunarum affluentia multò maiora cōmittunt. Quōd si meditatio hæc nō fatis est, vt miseria pauperibus venia concedatur, quas nam ex his erratorū poenas acerbiores in hoc seculo exigamus, quām suisipſi calamitatibus & rebus aduersis & afflictis luunt. Honoribus exclusi, deliciarum expertes, nudi, sine lecto, sine techo perpetuum bellum cum gelu, cum aſtu, cum fame deniq; sustinentes: quōd est omniū atrocissimū. Nam melius est occisis gladio (ait ille propheta) quā interfectis fame. Orbidi denique rebus omnibus, quæ homines faciunt in hac vita felices. Atque adeò penè mundo, extores, vitam agunt, morte nihilo magis expetendam. ¶ Adde quōd quā plurimè pauperes (quod in hominibus est in humanissimum) ab egestate & mendicitate in huiusmodi criminis præcipitantur. Et idcirco ambabus rationibus sunt in pauperes crudeles auari diuites: & qđ præ auaritia & tenacitate admittendis culpis causam dederunt: & quōd de admissis rursus occasionem accipiunt, vt auaritiā tenacissimi nutrient. Cū tamen profecto emendādis pauperum perditis moribus ſalubriū ſprospectum eſſet, meliusque, vt resipiferent, consultum, ſi collatis beneficijs ſubſidijsq; temporalibus, eorum animos leniremus, polliceremur, & reduceremus in viam. Nam cū eis alimenta ſubtrahimus, tunc veluti desperatis, & ab omniſpe derelictis via recrudescunt. ¶ Hæc non dixerim ut erratis fauēam: ſed primū, ne ante quā opem miseriſferamus & misericordiam impar-

tiamur, tam iusti eſſe in pauperes vñlimus, vt etiam efficiamur iniurijs. Deinde ne tanta cūca & ſolertia in vagabundis extinguedis, tepeſtēndis aduenis, incolis denique de vita & moribus exquirēndis, eō tandem euadat, vt eleemosynarū cumulus decreſcat. Illud enim iterū atq; iterum admonere nūquam me pigere poterit, q; ſi hiſ perſcrutationibus ratiōes aut miñores ſiūt eleemosynæ, multò melius pro bono diuitū fuſſet, vt nūquam in mētem venirent. Nam etiſi multò fierent ampliores, nūquā ad iustum pertingerent. Est enī eleemosyna Christianis in vñſ frēquētissimos neceſſarios. Si enim inuadentē vitiorū ſlammas reſtingueret cupis, ſicut ignē ardētē (ait Sapiēs) extinguit aqua, ſic eleemosyna refliſit peccatū Eccles. 3:13. Et ſi admissa iam peccata redimere concupiſcias, audi Danielē prophetam. Peccata tua Daniel. 4:12. eleemosynis redime: & iniqūtates tuas misericordijs pauperū. Quōd ſi minimas etiā peccatorum reliquias eluere proſuſ exoptas, quid iubeat Christus, auſculta. Date eleemosynam, Luc. 11:1 & ecce omnia munda ſunt vobis. Si mandus iam factus itinerarium huius vitæ cibum atq; penus omne præpareare eſt animus, ſapiēs rurſus ait in ecclesiastico, quōd eleemosyna viri quāſi ſacculus eſt cū ipſo: & gratiam hominis quāſi pupillā conſervabit. Si theſauros tuos aues à tinea & erugine & prædonibus ſeruare, pauperū fidei committe. Nam de eleemosynis Christus loquebatur, quando aiebat. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra: vbi arugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiūt & furātur. Theſaurizate autē vobis theſauros in celo: vbi neq; tinea neq; erugo demoliſtur, neq; fures effodiūt & furātur. At qui diuitib⁹ huius ſeculi, quibus (difficultatis explicandæ gratia) impoſſibile ait eſſe intrare in regnum cœlorū ut camellum per foramen acus, hoc vnum remedium reliquit, ſi facerent ſibi amicos de mā mona iniquitatis, qui eos recipierent in ēterna tabernacula. Quam obrem Paulus Timotheū instruit, vt diuitib⁹ huius ſeculi præcipiat facile tribuere. Nam qui diuites fieri volunt, incidunt (inquit) in tentationem & in laqueum diaboli. Quid plura. Si non ſolum in ēterna tabernacula recipi, ſed gloriæ illius ēterne cui diffiſimus inter principes illic & perfectissimos eſſe (vt deberemus omnes) affectas, nullam tibi aliam Chriſtus mouſtravit viam, niſi vt vediſtis omnibus quæ habes, & in vñſ pauperum diſtributum, eum ipſe ſequaris. Et hæc ſatis ſuperque de inquisitionibus, diſcussionibus, & perſcrutationibus, quæ in pauperes primo, tertio, & quarto articulis annotatur, dicta

sint. Nam secundum & quintum in priori parte deliberationis huius expediunus.

Deratione ostiatim postulandi.

Capit. 11.

HO tandem institui nostri peruen-
tum est, vbi eum articulum, in quem
ex his, qui circumferuntur propen-
sibus incumbitur, pertractemus. Qui est, vt trium
& quum bonumque sit: & (vt Paulini verbis
vtiamur) expediens atque adficians, pauperes
ianuis Christianorum arcere, & hospitalibus
alere, quam permittere, vt suas ipsi ærumnas
& calamitates Christianis oculis coram obli-
giant. Id quod re vera (nifallor) non tam est
extra controversiam, quam authores horum
articulorum existimant. ¶ Atqui vt summum
ius ab æquitate & misericordia discernamus,

Cōclusio. 1. primaliuus articulus fuerit conclusio. Princeps
penes quem potestas est reipublicæ, ins autho-
ritate cinque habet prohibendi mendicos, ne
postulent ostiatim: dummodo victimum eis ve-
stitum que ac reliqua pro suo statu necessaria
alia via & ratione congruenter prouideat. At
non alias neque alio modo. Neq; est qui huic
possit conclusioni probabiliter reclamare. Sa-
ne que sit evidentior, quam, vt multis testibus
indigeat. Princeps namq; cum (vt est. 2. Ethic.
Aristot. 2. apud Aristot.) in hoc naturali lege atque diu-
nia reipublicæ præfектus sit, vt bonos faciat ci-
ties, eat enus quicquā potest edictio præcipere,
quatenus opus virtutis est: eaque subinde inhibere,
qua virtia sunt & peccata. At egenis quā-
diu egent, nullum peccatum est stipem ostia-
tim quærere: quā primum autem necessaria il-
lis suppetunt, non possunt, citra culpam, præ-
textu paupertatis aliena petere. Quando ergo
illis princeps, aut respublica necessaria mini-
strauerit, inhibere potest ne ostiatim postu-
lent: aliter verò minimè. ¶ Neque id solū certò
crediderim, vt ea sit authoritas in principe: ve-
rum si cōmode hoc fieri posset, vt abundē res
publica pauperibus prouideret ne ostiatim
oppida circumire cogerentur, hac equidem ra-
tione & veritas euagelica, & Christi charitatis,
cuius nos vnius capitilis membra sumus, splēdi
dius multò in Christiana republica coluceret.
Nam quomodo legē qua proximos, vt seipso
diligere iubentur, more illi precor exhibeant,
inter quos alij bonorum sunt omnium copijs
redundantes ac superfluentes, alij verò per ex-
tremum in summa egestate & mendicitate cō-
stituti Philosophi cuiusdam ex naturalibus
celebratur sententia. Qua, cūm ditissimus ho-
mo pauperissimi se alterius amicissimum præ-

Pau. deliberatio.

dicaret, respondisse fertur, inter ditissimum ho-
minem & mendicū non esse credibile vlla in
amicitiam intercedere. Id quod diuinus noster
Apostolus, cuius paulò ante memini, illis ver-
bis expressit, quibus ait: Si quis habens substā-
tiā huius mundi &c. Hanc equidem amicitię
legem multò antequā in euangilio, in men-
tibus mortalium Deus inscriperat. Quā nimil
rum solenni illo proverbio expressit gentili-
tas. Amicorū omnia sunt cōmunia: & amicus
alter ego. Cuius authorem sunt qui Pythagorā
ram faciant. Vnde Socrates colligebat probō
rum homiū omnia esse, vt pote quod sunt cōmunia.
cuncta deorum: quibus sunt viri boni amici.
Hanc ipsam legem Apostoli diuinorum inter-
pretes, legisq; euangelicæ (qua naturaliū cō-
muniū cōsummatio est) promulgatores (Hiero-
solymis saltem & circumadiacenti prouinciae
Iudeæ) veluti baptismatis primitijs, prædica-
uerunt, atq; persuaserūt: vt in actis eorum est;
videlicet vt quotquot Christo in baptisme
dedissent nomina, bona sua vendentes, ante pe-
des Apostolorum pretia proijcerent. Quæ illi
singulis, prout vnicuique opus erat, distribue-
bant. Quam obrem (inquit historia) non erat
egens quisquam inter illos. Adeo sub id tēpo-
ris (quantulum fuit eunque) sancta fuit atque
solemnis obseruantia hæc, vt neotericus quidā
Christianus Ananias nomine: qui cōscia vxo-
re pretij quo substantiam vendidit celavit, ita
fuit acerbē de hac avaritia à Petro reprochen-
sus, vt p̄terrore examinatus corruerit. Atq;
adeo instituti huius exēplo cōnobia postmo-
dū religiosorū constructa sunt. Quibus in cō-
muni viuentes, charitatem illam Christianorū
vt eung; referūt. Atqui vt in actis eisdem apo-
stolorum habetur, negocio huic ministrandi
mensis viduarum & orphanorum, aliorumq;
in genus pauperum prælati sunt septem illi vi-
ri probatæ vitæ: quorū fuit Stephanus Pri-
micerius. Hæc in testimonium huius dixerim,
quod si abundē prouideri posset pauperibus,
ita vt certa lege in tuto haberent necessaria, ni-
hil aliud quam charitas esset Christiana.
¶ Secundam nihilominus conclusionem supe-
riori subiectio. Non est possibile, rebus vt nunc
habentibus ita prouideri pauperibus, vt lege
in vniuersum, ne ostiatim mendicent, inhibe-
ri possint. Possibile id dixerim, quod & theo-
logi morale vocant, & Aristot. primo de cōcio
illud censem, quod bene fieri potest. Ad persua-
dendam hanc conclusionem duo tria efun-
damenta sternere opus est. Primū fun-
damentum atque terminus eleemosynarum non est
damentum, præcepto, aut lege præscriptus. Quod est dice-
re.

re. Neque taxatum est quotam bonorum partem hominis teneantur in eleemosynas clargiri: ut putat decimam, aut vigesimam. Neque diffinitus est numerus pauperum, quos certi homines, aut res publica alere teneretur. Neque præscriptum est quibus necessitatibus debeamus opitulari. Sed solum admoniti sumus, pauperes nos semper habituros. Et vehementissime a Christo seruatore nostro & pollicitationibus allecti sumus, & cōminationibus perterriti, ut proximos sicut nos ipsos diligentes, neminem necesse habere præ facultate nostrânamus.

Fundamen
tum. 2.

TSecundū id sit fundamentū, cuius supra me minimus, videlicet, quod præter dotes hospitium, & si qui sunt alij prouétus, aut thesaui pauperibus decreti, qui sint velut eorū propria bona, non possunt homines lege obligari ad eleemosynas præter eā quā est in euangelio: sed (ut vñus modo habet) integrum liberumq; est cuicunq; quam voluerit eleemosynam subscribere. Adiicio, homines esse etiā in Christianismo tenacissimos: qui nulla, quātumvis magna improbitate ad eleemosynas flecti possunt. Quin verò rarissimi sunt, qui, & pro sua facultate, & pro misericordia inopia iuxta veritatem euangelicam eleemosynas faciant.

Fundamen
tum. 3.

Tertiū subiecerim fundamentū quod appri me vellem eos considerare, quotquot mendicos occludere moluntur. Nempe quod quicūq; iure postulandi mēdicos priuauerit, aut quod priuētur, in causa fuerit, debitor proinde sit eorum leuandæ miseriae ac necessitatibus subueniēdīcēs saltem, quibus moraliter (vt aiunt) loquendo, verisimile est potuisse illos postulando prouidere. Ut si faciamus exēpligratia cētu, aut mille in vrbe legitimos pauperes esse, quorū necessitatibus prouideri satis minoris nequit quā ducētis aureis: quo s verisimile est, si ostiatim mendicare permitterentur, posse eos confiscere. Intelligo sicutunc fundamētum hoc, quod quanuis nemo tunc postulare permis̄s ex iustitia teneretur, sed esset misericordia subuenire, tamē postulare prohibitis teneatur res publica, aut ille qui postulare prohibuit, ex iustitia ad totos bis cētum ducatos. Res certè est cōpertissima. Nā illi tunc habent ius petendi, & quicūq; hominem iure suo pellit, tenetur de dāno, secundū illud. Qui causam dāni dat, dānū dedisse videtur. His ceu fundamentis subiectis, probatur cōclusio secunda. Antequā mendici lege postulare interdicantur, necessarium est ita omnibus eorū necessitatibus prouidere (iuxta tenorē tertij fundamēti) vt de iustitia illis necessaria debeat: nō autem pro-

udentia h. & c moraliter (quod aiunt) est possibilis: non ergo eos fas est, ne postulent, vetare. Quod autem non sit possibile, vt inclusillis ad iustum prouideatur, certe primū ac secundū fundamētum satis ostendit. Nam si neque pauperes, neq; ea quibus indigent sub certo vlo. numero, aut modo cōprehenduntur (cū tam indigenæ quā aduenæ, vt præfati sumus, ius habeat postulandi) & ciues cogi ad eleemosynas non possunt, quomodo res publica debetur (cuius mendicationem prohibendo rea facta est) soluere quāslo poterit? Id præsertim, quod inter pauperum necessitates non tātum est viētus, sed vestitus, leēt, & (si pauper familiā habet) opēnus reliquum, & supellec̄tilis dominus. Et quando mendicare permitterentur circa extrema aut fortē grauē necessitatē, nullus teneret misericordiā imparti. Cū vero prohibeantur, id quod erat misericordia, iustitia factū est. Nā qui iure suo vt paulo ante dicebā, pauperē expoliat, debitor oium efficitur, que posset pauper mēdicando acquirere & cōficerē. **T**Secunda ratio est, q; de mensa seu portiones illæ qua inclusis pauperibus distribuūt, intelligere nequeo qua ratione & mēsura fieri possint cōmodē. Nā sunt inter pauperes, quorum vni pro cōplexione sui, & calore stomachi non sufficiunt triū aliorū portiones: quod si æquales omnibus sportule distribuāt, nescie est illum perpetuā cū fame pugnā habere. Qui tamē ius habebat postulandi quoadusque extinguere posset famē. Quis enim fuerit qui vel mancipij famē pane saltē nō expleuerit, qui nō merito suo inhumanitatis & feritatis redargueretur? **R**atio tertia quāuis in hac deliberatione primum non habeat locum, nec tamen est in postremo. Postquam ratio huiusmodi eleemosynarum in vñus esse cōcepit, experientia cōpertum est, q; ratē portiones & sportulae quāe pauperibus distribuūt, vix suppetunt, vt homo qui modo stomacho nō sit languēti panis habeat saturitatē: aut fortē si holea aut legumina, vel deinus si fortē in hebdomada frustulū carniū emere possit. Atqui non ne satis est, si hoc inter diuites pauperesq; differat, q; diuites habeat vnde alilibus pretiosis ali, lasciuireq; possint: pauperes verò minimē nisi iniquissimam insuper cōditionem miserādis adiecerimus, quibus libertatem etiam auferamus, ne possint vñquam animū rebus aduersis afflictum cibis recreare, quos humano generi deus & natura indulxit? Pauper inquāquāuis quotidiano viētu, parco quidem vñiq; vta tur, hac saltem libertate recreatur, quod potest aliquando in domum incidere, vbi beni-

Ratio.

gans homo ad mensam sedet: qui scutellā for-
ta porrigit, fructus, vinam, aut id genus delica-
tum aliquid: quod solet sēpē mācipijs indulge-
ri. Taceo frequentissima cōiuia fōrdidissime:
splendida: quorum reliquie p̄ ost quā familiam
explenere, mancipijs exponuntur, aut forte p̄
ijē iunguntur canibus. Cur precor heismodi do-
mus pauperibus nō prandantur? Nā si quibus-
dam grāmaticis sūdes est, inde verbum, pādo,
notiōē traxit, q̄ etiā in gētilitate, quib⁹ Chri-
stus eleemosynas nunquā p̄dīcāuerat, per-
actis cōnuījs portæ aperiebant, vt egenis pa-
nis daretur. Aut quia Céreris templum āper-
tum semper egenis patebat, quibus panis da-
batur. ¶ Ad hāc iudicium pauperum, quo de
eorum agitur vita, ad paucorū potentiam redi-
gere, nou⁹ est sane adeo tutum. Nam vt sint isti
duo aut tres qui negotio pauperū deputantur
& p̄feruntur, homines probi, optimi q̄; exi-
stimationis, possunt alij contingere, qui aliqua
fortē de causa odio habent pauperē, aut falso
testimoniō decepti (quæ vt supra dicebamus,
frequentissima lunt in vicinia pauperū) pro-
nunciat, pauperē non habere legitimā causam
mendicandi, quid ille tunc miser faciet? Quo-
circa in illis constitutionib⁹ Hipri in Flādria
hoc ecce bene cautū est, vt possint mēdicin
āuribus cuiuscunq; procerū ciuitatis miseras
suas & calamitates expōnere, ne qui à paucis
condēnati sunt, omni remedio destituantur.
¶ Sed & hoc pr̄terea plenē ex his articulis ca-
pere non possum. Admittunt posse aduenā &
peregrinū verum pauperē aduentare, quē sal-
tem in triduum hospitio donant. Audi maxi-
me Princeps quantū ei negotiū faceſſunt an-
tequā fruſtrum panis accipiat. Fac vrbem in-
trare infirmum, aut claudū, aut dē itinere lan-
guentem, opus tamē habet percōtari, vbi nā
pr̄latus pauperū cōmōretur, domū viciā
oberrādo q̄ritare. Vt autē inuenērit, forsitan
est domi, aut dormit, ex pectare oportet. Tum
aut vbi hominis copia facta fuerit, respondere
oportet vnde veniat, & quō vadat. Et tandem ni
hil aliud quā symbolū accipit: & tunc ad quæ-
storem seu ærarium, penes quē reconditū pe-
cunia, redire oportet. Et ita integrum diem ab-
sumere, antequam famem miser sedare & lassi-
tudinem ponere licet. Ita audio in aliquibus
ciuitatibus sanctum esse: nescio an alibi melius
fuerit peregrinis consultum. Deberet enim Xe-
nodochium (quod est hospitū domus) exposi-
tum esse peregrinis. Imō deberent esse in por-
tis ciuitatis, qui eos recta in hospitiū perduce-
rent. ¶ Colligere ergo mihi video, quōd quē
admodum ca. 4. dicebam, fermē non esse possi-

bile talibus legibus abundē prouidere incolis
pauperibus, vt nulla necessitas, atq; adeo necq;
iusvī timētis reliquiam sit ex patria alio ure-
dicatum exire, ita neque possibile videtur talib⁹
bus eis legibus congruenter satis prospicere
& succurrere, vt nullum eis ius amplias relin-
quatur ostiātū mendicandi. ¶ Tamētis hic
nihil aliud forte, quā quod ex lege est, enuncia
rem, si affererem, quōd potest pauper mendic-
ando aliquantulum pecuniae conficere, qua
posset statum suo ordine & gradu mutare. De Mutare sta-
hoc enim miseri insimulantur, ac crīmeq; re-
prehenduntur, quōd aurum vestibus infutum
celant. Mitto, quōd alij iustum sacculum ære
alieno complent. Mitto q̄ sint qui ære alieno
splendide vivunt: pauperes vero geniū (vt ait
ille) fraudantes ac dēmenſo suo comparcētes,
panē forte & holeribus sustētantur, vt posint
pecuniam aliquam reseruare: si forte in aliqua
infirmitatem, aut maiorem calamitatē incide-
rint. Cui ego causam aliam adiungere audeo.
Nempe q̄ quēadmodum licitis alijs artibus &
cōtractibus ius est cuicunq; statum & ordinē
in melius mutare, ita pauper posset ex eleemo-
synis, tantillum pecuniae cumulum cōgerere,
quo aut se honestius induat & exornet, vt pos-
sit alicui ingenuo & nobili seruire, aut quo va-
leat ferramenta suæ artis & officinam appara-
re: aut forte mercimonium aliquod tenue, aut
negociationem extruere, vnde viuat. Quo ta-
men iure excluduntur inclusi. ¶ Pr̄terquam,
quōd neq; hospitalia vbiq; vniuersis recipien-
dis pauperibus abundant, neque possunt non
multo majori ociositate & acidia cōfici clausi,
quām si mendicatum exire dimitterentur.
¶ At rationibus huiusmodi tantisper intermis-
sis, ad clauis reuertamur, quem in hac re ma-
numittere nunquam decet. Hoc inquit poti-
ssimum animaduertere est operā pretium,
vtrūm hac ratione eleemosynarum cumulus
augeatur, an verō decrescat. Et quando nullū
aliud esset, aut argumentum, aut testimoniu-
m, q̄ necessarium sit decrescere & diminui, quā
quod authores huius institutionis in publico
confidentur, res manifestē comprobatur. Hoc
enim cum primis institutionem hanc cōmen-
dant, sibi q; persuadent, q̄ hac ratione (aiunt)
multo minori opus est eleemosynarum co-
pia. Id profectō quod experientia ipsa aper-
tē docet. Audio enim ex alijs ciuitatibus, in
haec verō oculis conspicio, & ore ipsorum, qui
hoc pauperum negotium gerunt, ad messepe
delatum est, quōd totus eleemosynarum as-
sis vix triens, aut quadrans illius est, qui
ante huiusmodi statuta esse consuerat.
Hoc

Hoc everuntamen ipso Achille, quem ab eis pugnare isti putant, qui rem aliter considerant conuinacuntur, ut hanc eleemosynarum rationem repellant. Etenim si legitimi pauperes plures forte non essent, neq; coram ærumnæ & necessitates, maiores, quam eleemosynarū æs, quod hac ratione conflatur, fateor homines quantuncunq; diuites amplius non tene-ri. At cum veri pauperes sint & simulatis de pulsis, eorumq; inopiae & calamitates multò sint maiores quam quibus stipis ipsa eleemosynarum qua hac ratione conficitur, sufficiat atque adeo diuites (illi maximè si qui sunt auari & tenaces) ad ampliores eleemosynas lege Euangēlica compellantur; in damno potius diutum ponendum est, quod validi mendicantes, qui fraude & improbitate eleemosynas extorquebant, expellantur, nisi quantum illis admittatur, integrum in legitimos pauperes conseratur. ¶ Quod autem necessarium sit eleemosynas hac ratiōe rariores fieri & extenuari, prēter experientiam, rationes quoque in comperto sunt. Primum quod mendici pro se postulent, aut pro mendicis alijs, tantum differt, quā maximē differre potest. Diuites enim quanta suntq; misericordia, honoris gratia, pro pauperibus postulantes, qui a prandium domi appetatū habent, satis le officio fecisse putant, si eleemosynas petant: & duos aut tres vicos circumēant: an verò petentes obtineant, non tan-ti faciunt. Mendicus verò miserimus, cui sola mendicatione prandium agitur, non satis habet petere: sed improbissime efflagitare, quo adusq; etiam ex durissimo corde obolū expri-mat. Nec satis habet una hora discurrere, dū totus ei dies, ad cōparandum viētū opus fuerit. Putas ne Princeps clemētissime nō hac etiam de causa (prēterquā qđ discipulos orare docebat) Christum pauperum prouidentissimus simili tudinem illam euāgelicam introduxit, vbi ho-mo ille amicū suū media nocte adiuit, qui tres ci panes accōmodaret. Et amicus qui ostium clauserat & cum pueris lecto iacebat, agrē & molestie ferebat surgere, ut amico morē ger-ret. Nihilominus ait magister noster, quod ille ostiū pulsando perseverans efficere potuit, ut amicus, si nō propter amicitiam, saltē propter petentis improbitatē ē lecto surgens officium exhiberet. Re vera si alijs ad subleuandā neces-sitatem alienā petitum iret panem, nō tam im-probē institisset, ut misericordiam consequeretur. ¶ Mox secunda huius ratio est, q; quemad modum in malis & turpibus evitandis, ita & in bonis & officijs vīa accidere solet. Nam māterie obiectiū, prætentia, aut virtutis, aut vitij

prægrandē habet energiam mouendi allicien-diq; ad opus. Quam ob rem magni supra mo-dum refert, vtrum diues homo, si nūs, nitida facie, veste splendida te adeat misericordiā peti-tum, an pauperē videas, facie pallidū, veste for-dida, vulnera forte circuferente, supplicē per Christi matrē, perq; eius vulnera obsecrantē. Nemos anē est q; nō longo vīsu fuerit exper⁹, q; sepissime cum domo exiens nullā in animo haberet eleemosynā facere pauperis, tamē con-spectu in meliorē fucit mentē mutatus. Vnde & inter oratoris præcepta, sunt qui cōmoneāt, ut fieri como dē possit, ille qui iniuriā perpe-sus est, oculis iudicis obiectiat: qui vulnera o-stentans, eius animum commouere possit. Fa-teor nōnullas esse horū pauperū fraudes: sed præterquā quod multo sunt plures verē infirmitates & calamitates, si vīla vīlā quā fra-pie-tatis noīmē meretur, hā sunt, quae pīe fraudes meritō cōsentur. Hiac intet alias bona causa colligitur eur episcopi præsentia suā esset ec-clesiē vīlis & necessaria. Nā qui de auditu cō-mouetur ut eleemosynas aliquas pauperibus suis mittat, proprijs oculis ærumnas pauperū resq; aduersas intūitus, longē plures superero-gare cōuinceretur. ¶ Quantū valeat ut ipse q; Religiosi indiget subsidiū exposcat, profectō in religio-nis mendicantiū, qui (vt antea dicebā) imaginē gerunt illius cōmunitatis vitæ nascētis ecclesiæ, exempli gratia cōmōstrari potest. Vbi enim conuentus mendicitate viuunt, vīus tantū religiosus, qui negotium demādatur, abundē col-ligit (& quidem iustē & religiosē) penus om-ne quod pro frugalitate vel tenuitate religio-sorum abundat. Sanē quia sui ipse conuentus rem procurat. Quod si decem diligentissimis ac pientissimis cura hāc delegaretur, vix pos-sent, vel panem abundē comparare, qui cōuē-tui sufficeret. Quocirca religiosi mendicantes mendicantibus pauperibus suppetias ire tene-mur. ¶ Auget prēterea huius argumentivires Hispanorum conditio & ingenium. Sunt cīm-Hispanorū inter mortales, qui facilis multō prece & sup-ingenium. plicum miseria flectuntur, quam legē coēcētur. Et ideo ex qua ciuitate mendici precibus & obsecrationib; centum mēdicare possent, vix, si ciues ad perpetuas eleemosynas, con-scribantur, quadraginta in album referuntur. Nam perinde ac si tributa essent, formidant in eleemosynas nomina dare. Si id quod in alijs locis vīsu accidere potest, ex hac ciuitate con-jicerē licet, quā (vt citra notam alijs cuiusq; di-xerim) est in pauperes benignissima, dimidio & eo multo minores eleemosynæ in albo pau-perum consignatae sunt, quam de una ciuita-te, vībi

Arculae æra
Æræ.

Eleemosyna
ex omni su-
pellecili.

Misericor-
dieratio.

te, vbi amplissimæ aliæ siebat, vel suspicari vilius poterat. At qui de illa cōscripta summa ante tres menses bona pars subducta est. Quarta verò iam nunc restat, nescio. ¶ Ob idq; vt viā iam hinc qua ad obiectiones respondeam, communire incipiam, quod in alijs regionibus, vbi homines populares magis sunt, atq; ciuiles, & qui legere in bonum commune facilius continentur: quod illuc (inquam) de hac eleemosynarum ratione constitutum fuerit, nemo adeò

poteſt exemplum Hispanis ad imitandū proponere. Quod autem pecunia in arculis ærijs, quæ in templis exponuntur, congeritur, supudet dicere quām sit exiguum, omnique estimatione minus. Illi enim ipſi qui occurritibus mendicis libenter liberaliterq; misericordiam effundebant, cùm obuios pauperes non habent, non solum mittere eleemosynas ad arculas obliuiscuntur, sed quando templum ingrediuntur, quod petenti viuo pauperi porrigerent, muto lapidi aut ligno non ita animantur conferre. Qua dare adeò si de diuitijs sunt æraria illa, vt nullum eis minus nomen, quām gazophylacij cōueniat. ¶ Ad hēc illi qui albo eleemosynarum ascribūtur, solum sunt patres familiæ. Dum vero mendici discurrent, si non dat maritus, erogat forte vxor: quæ est in pauperes propensior. Si non pater, confert tamen filius. Quod si forsan non tribuit herus, famulus largitur. ¶ Atqui (quod præcipuimomenti est in hacre argumentum) eleemosynæ non tantum ex pecunia fieri sunt solitæ: sed ex omnibus pellecili domus. Reperias enim qui in largienda pecunia sunt parciissimi, boni tamen consulunt, si coniux panem porrigit, aut mensa reliquias, obsoletam vestem, subducum linteum, protriūm calceum, lignorum fasciculum, quæ omnia profecto si cumulo eleemosynarum eximas (vt est hac ratione necessarium) nescio an dimidium excipias.

¶ Sed præter decrementum atq; detrimētum eleemosynarum, quæ institutum hoc arcendi pauperes manifestè cōsequuntur, alia via rem aggregi possumus. Misericordiæ ratio non in hoc tantum posita est, vt miseris opem & auxilium quisq; ferat: sed in hoc præterea, quin in hoc primū, vt animus intus calamitatis pauperis misertus, compatiatur misero, & quādo ad opus facultas nō suppetit, affectus hic in meritis ponitur apud Deum. Id quod in Christo cōtemplari possumus. Qui antequām turbæ illius in eremo extinctæ famæ, lassitudinē recrearet, legimus apud Matth. & Mar. quod misertus est turbæ, quæ triduo sustinebat illum. Ex quo diuino affectu opus foras pro-

Pau. Deliberatio.

cessit. Qui ergo pauperes oculis Christianoru[m] eripiunt, pingue (quod aiunt) lactis, optimum inquam, quod est in virtute hæc præstantissima misericordiæ tollunt. Nam veluti fortis & strenui homines esse non possunt, nisi qui conspectu armatorum hostium sœpe fuerint irritati, ita neq; misericordes, nisi qui ærumnas calamitatesq; & res aduersas & afflictas pauperum coram viderint, & contractauerint. Quā ob rem, vt sunt quibus pauperū aspectus naufragi mouet, & clamor aures obtundit, sunt nichilominus alij (quibus in hac parte mos potius gēredus esset) qui conspectis ærumnis pauperum, cor ad misericordiam emolliunt, & quas de sanguinis nobilitate deq; honoribus & fortunis cristas erigūt, ea tūc ratione summittūt, quod homines sui generis vident tam dissimili forte & fortuna abiectos: quibus & in hac vita similes ipsi parensq; esse poterant, & in illa æterna felicitate longe inferiores esse poterunt. At in præcipuis solemnitatibus & in sancta potissimum hebdomada, quis ambigat conspectu pauperum & clamore, Christianorum animos ad cōsiderationem valde cōmoueri: ad sensumq; passionis Christi percipiendū excitari? Vide re profecto videbar anno proximè elapsō sub tristes homines, dicētes pœnosam hebdomadam perinde sine pauperum clamore obmutescere, ac si festum esset sine musica celebratū. ¶ Et (quod non est in postremis habendum) quanti rogo interest maximè Princeps quomodo iuuentus in ipsa statim prima educatione ad misericordiā erudiatur: illius imitatione sanctissimi Iob, qui has omniū virtutum radices subiecit, quod ab infantia secū crevit miseratione. Aut quomodo potest puer hac sanctissima virtute imbui, quinon sensu calamitates videtur vel audiuerit? Hi qui modò pauperū eleemosynas diligenter pcurāt, quia pauperū miseras oculis cōspexere, misericordes esse & clementes in pauperes possunt. Sed fac instituta hæc integrū seculum durare, vt qui modo nascuntur, nunquam in limine domus mendicos videant, neq; inclusos visitēt. Quo nā pectori huiusmodi homines in pauperes esse possunt? ¶ Sed neq; hac tātum de causa religio est pauperibus in præsentia auxilia & subsidia ministrare: sed certè in honorē & obsequiū Christi. Vnde super illud Pauli Ti. 5. vbi nos ad miseri Timot. 5. cordiæ opera instruens exhortatur, vt sancto rum pedes lauemus, tribulationem patiētibus subministremus adnotat Homilia. 14. Chrysost. Chrysost. quod opera misericordiæ præcipuo stu Hom. 14. dio, & tota animi voluntate, summaq; alacritate ac deuotione (tanquam reuera ipsi Christo)

(sto) pauperibus debemus in suis proprijs personis exhibere. Neq; enim (inquit) officia in pauperes debemus seruis, aut ancillis imperare: sed per nos ipsi debemus pauperibus impēdere. Verbum illud Christi auscultātes. Si ego laui pedes vestros dominus & magister (achi dixisset, ne cuiquā humile officium permisi) & vos debetis alter alterius lauare pedes. Et ad dit Chrysost. quod quādo quis fuerit summa dignitate cōstitutus, ac præcipui generis gloria fulgeat, no tantum pauperes supererat, quantum discipulos Christus. Quādo autē pauperi ministras, Christo ministras. Nam qui suscepserit (inquit) vnum parvū in nomine meo, me suscepit. Et quādū fecistis vni de istis minimis, nihil fecistis. Hactenus Chrysost. Vnde metuen

Ioan. 13. dum nobis esset, ne quando se Christus postrema die apud nos mendicium degisse confitebitur, improprio nobis obijcat, q; pauperes à nostro nos prospectu abiecerimus. Vnde vix legimus, non solum sanctos fuisse prælatos ecclesiæ, verum neq; sanctos fuisse illustrissimos homines, de quibus nō sit memorie proditum q; per seipso pauperibus cibos ministrauerint: inno & vulnera proprijs manibus cōtrectauerint. Ut alios interim omittā Cæsar's filios, augustinus referat. Flacilla illa augusta Théodosij coniux sanctissima de hoc cū primis. lib. 7. tripartitæ historiæ honoribus cumulata, quod cū esset in regni fastigij, maximam sub purpura claudorū atq; debiliū curam habebat. Non seruis, nō alijs ministris vltens, sed per seipso agēs, & ad eorum habitacula veniēs, vnicuiq; quod opus haberet, p̄cebat. Sic etiā per Ecclesiariū Xenodochia discurrens, suis manibus ministrabat infirmis, ollas eoru tergens, ius gustans, offerens colearia, panē frangens, cibosq; ministrans, calices ablueens, & alia cūcta faciēs, que seruis & ancillis mos est solēniter operari. Erat emili Christianorū antiquitatip ppetuò in auribus verbum illud extremæ dici, qua se Christus nudū & hospitē fuisse affirmauit, & inter nos esuri & sitiū perpessum, vt perinde pauperes, ac si Christus singuli essent, fusciperent, obsequijs colerent, eorumq; conspectu oblectarent. Hac in gratiam eorum percensuimus, qui animo sunt in pauperes clemēti, quo rum petinde absentiam non possunt nō ægrē ferre. Sed & propter eos inhumanos homines, qui p̄ avaritia faxa pectora erga pauperes habentes, aures eorum precibus obturauerūt, commo dum est etiam eorum conspectui mēdicos obijcere. Audito nianque quosdam (Christianos quidem ac pios homines) ad causas huius instituti occludendi pauperes hanc etiam

Matth. 18.

Matth. 25. dum nobis esset, nō quando se Christus postrema die apud nos mendicium degisse confitebitur, improprio nobis obijcat, q; pauperes à

nostro nos prospectu abiecerimus. Vnde vix legimus, non solum sanctos fuisse prælatos ecclesiæ, verum neq; sanctos fuisse illustrissimos homines, de quibus nō sit memorie proditum q; per seipso pauperibus cibos ministrauerint: inno & vulnera proprijs manibus cōtrectau-

erint. Ut alios interim omittā Cæsar's filios, au-

gustum referat. Flacilla illa augusta Théodosij coniux sanctissima de hoc cū primis. lib. 7. tri-

partitæ historiæ honoribus cumulata, quod cū esset in regni fastigij, maximam sub purpura claudorū atq; debiliū curam habebat. Non ser-

uis, nō alijs ministris vltens, sed per seipso agēs, & ad eorum habitacula veniēs, vnicuiq; quod opus haberet, p̄cebat. Sic etiā per Ecclesiariū Xenodochia discurrens, suis manibus ministrabat infirmis, ollas eoru tergens, ius gustans, of-

ferens colearia, panē frangens, cibosq; ministrans, calices ablueens, & alia cūcta faciēs, que seruis & ancillis mos est solēniter operari. Erat emili Christianorū antiquitatip ppetuò in au-

ribus verbum illud extremæ dici, qua se Christus nudū & hospitē fuisse affirmauit, & inter nos esuri & sitiū perpessum, vt perinde pauperes, ac si Christus singuli essent, fusciperent, obsequijs colerent, eorumq; conspectu ob-

lectarent. Hac in gratiam eorum percensuimus, qui animo sunt in pauperes clemēti, quo rum petinde absentiam non possunt nō ægrē ferre. Sed & propter eos inhumanos homines,

qui p̄ avaritia faxa pectora erga pauperes habentes, aures eorum precibus obturauerūt,

commo dum est etiam eorum conspectui mēdicos obijcere. Audito nianque quosdam (Christianos quidem ac pios homines) ad causas huius instituti occludendi pauperes hanc etiam

Flacilla au-
gusta.

adhibere, quod si ex gentibus quispiam & pa- ganis homines inter nos videret in extrema egestate mendicare, crudelitatis nos & imma- nitatis redargueret, esset q; illi lex nostra im- properio. At verō si abditos reconditosque & exire prohibitos esse conspiceret, neque tamē à nobis lautiōs alitos, ac sumptuosius tracta- tos, quādū hac eleemosynarū ratione esse pos- sunt, fortasse peius apud eum audiremus. Sed aliorum proprio. Hieri nequit aliter, quoniam in republica, etiam Christianorum, homi- nes sint inclementes & in pauperes crudiver- fentur. ergo in eorum præsentia mendici, qui si nō eos ad misericordiam vineere potuerint, iniustitia saltem in die iudicij reuincent. Nun- quid nō hoc Christus edocet in diuite illo epi- lone, qui induebatur purpura & byssō, & cepu- labatur quotidie splendide? Neq; enim de hoc tantum in inferno cruciabatur, quod eleemo- synam absenti mendico non impenderat, sed quod cum Lazarus ad ianuam eius iaceret, vi- ceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ eadēbāt de mensa diuitis, neutiquam diutem pauperis miserebat. Vide quanta cōgerit & ex- aggerat Christus, quibus pudorē & ignominia illius diutis augeat: sicut q; canes, quibus micas diues porrigebat, clementiores erāt in pau- perem lūgentes vlcera, quādū diuē ipse. Mēdicis ergo ad ianuas crudelium diutum iacentibus Christus testibus opus habet in die iudicij, in confusione & improprium eorum. ¶ Con- Prelatorum tra verō ad ianuas prælatorū, ac magnatū, qui ianuae, benignis sunt & misericordes in pauperes, quā sit pulcherrima pauperū corona? qui refecti & recreati benedictionibus suos benefactores cōplent, precationibus apud Deum cōmendant. Fuerint inter eos forte perditihomines: erunt veruntamē nō nulli iusti, qui nos possint iuxta verbū domini, in eterna recipere tabernacula. ¶ Si in regibus & gloriis imperatoribus exē plū adhuc Christi perseverat, vt semel in an- no pauperum pedes lauent mensisque mini- strant, cur non erit laudabile & honorificum quotidie pauperes ad ianuas principum, alio- rumq; procerū pauperum epulari? Reuera si sancti illi patres, & Ecclesiæ monarχæ, Greg. inquit Amb. & Aug. audirent mēdicis Chri- stidomus principū & episcoporum non pate- re, non intus pransum recipi, nihil aliud repu- tauissent, nihil se cius condemnassent, quādū si paternis domib⁹ filios audiret interdictos. De Greg. legimus, nō quam sine pauperibus & pe- regrinis ad mensam sedere, domum eius men- dicis esse frequentissimam. Qui perinde tā fuit de pauperib⁹ bene meritus, vt angeli sub habi- tupau-

Grego:

Ludou. rex.

tu pauperum eleemosynis s̄epe ab eo fuerint donati, & inter coniugias pauperes ad mēsam eius confederint. Sed vt pontifici summo regem quoq; & sanguine & sanctitate clarissimum apponamus: Gallorum inquam regem

Ludouicū inter diuos suo iure & merito relatum Blanchae reginæ Hispanorū regibus genitæ filius, adduci nullo modo possunt, vt credam, q̄ h̄c ille mendicantū claustra aut iussis set vñquā, aut certè pbasset. Legitur em̄ à matre sanctissima ita fuisse educatū, vt plurib⁹ ducetis pauperibus, qui in domo regia quotidie abūde reficiebātur, in dieb⁹ solēnibus ante quā ipse comedēret manu p̄pria fercula ministraret; atq; singulis sabbatis eorū pedes proprijs manibus ablueret, detergeret, & oscularetur quos deinde aucta eleemosyna donabat.

¶ Quare ex cogitare ne queo, quomodo institutū hoc, quo pauperes mēdicare vetātur (vt eius authores præcedunt) de antiquitate cōmēdari posse. Imò verò hoc inter præcipua argumenta eō cutit, quod perinde atq; illud de reiā ciendis peregrinis, nonū cōmentum est. neq; gētib⁹, neq; priscis Christianis vñquā cognitum. Quod si in legibus misericordiæ positum esset, patres iam diu ecclesiæ scriptū nobis dedissent. Hoc autē inter respondendum ad eas causas & rationes, quibus eius authores sententiam corroborant, congruenti tractabitur.

Quo rationes & cause prohibendi pauperes mendicare, perpenduntur.

Capit. 12.

PRimum fundamentum, quo authores clausuræ huius mendicantium sententiam stabilire contendūt, est verbum illud diuinum Deut. 15. omnino indigenis & mendicis non erit inter vos: vt benedicti tibi Dominus in terra quam datus est tibi in possessionem. Argumentum est quod S. Tho. 2.2.9.97. artic. 5. diluit, dicens, quod illa præcepto legis nullus prohibetur mendicare: sed prohibetur diuitibus, ne tam tenaces sint, vt propter hoc aliqui egestatem mēdicare cogantur. Quod quidem respōsum est mente reponendum ad intelligendā quēcunq; alia, aut Ecclesiæ statuta, aut sanctorū decreta, quæ de hac re loquantur. Nusquā enim gentium pauperibus facta est cohibitio, ne mendicent: sed diuitibus præceptū est, ne sua credulitate pauperes mēdicare cogant. Adde quod notio huius nominis, Mendicus, non eos præcisē cōprehendit (vt nonnulli existimant) qui ostiatim obambulant: sed quicunq; proprie dicitur mēdicus, qui adeō indiget, vt stipe & eleemosyna

Mendicus.

quotidiana viuat, tamē si domi cām recipiat. Pauper enim est qui propriū habet vnde egredī & miserè viuat: mendicus autē qui nihil propriū habet, sed ex alieno viuit. Mendicare nāq; nō solū est petere, sed recipere ea quæ vltro offēruntur. Hoc licet no nadeō explicatē insinuet pr̄ter S. Tho. loco mō citato Chrysostomus, aut q̄cūq; ille fuit autor imperfecti super illud Matth. cap. 5. Beati pauperes spiritu. Grācē enim inquit non habetur pauperes, sed mendici. Verbo ergo illo non solum cōmonēbatur populus vt nō essent postulantes mendicis, sed neq; essent qui domib⁹ inclusi, quotidianis eleemosynis & sportulis indigerēt. Quales modō hisce articulis instituuntur. Quare isti nō poterunt illud se præceptum hac ratione abundē complere. Neq; verò illud præceptum erat, vt sub mortali (vt verba iacent) obligaret. Sed erat exhortatio ad charitatē, quę in quo cunq; populo bene instituto florere deberet. Quam ob rem post exhortationem illam cōdem capite subiūgitur, quod pauperes nihilominus semper essent inter eos futuri. Quemadmodum in Euangelio, quantiscunq; nos Christus verbis misericordiā erudiuit, & ad eleemosynas animavit, quo nostram nobis tamen pectoris duritiem prænūciaret, pauperes (inquit) semper habebitis vobiscum. ¶ Asciscitur præterea in exēplum instituti huius, quod similes collectas instituit fieri apud Macedoniam & Galatiam. Quarum meminit & in epistola ad Roma. & in prima ad Corinth. Atverò collec- Roma. 15.
1. Cor. 16. Etæ illæ, vt S. Thom. vtobiq; interpretatur, alia longēratione factæ sunt. Neq; verba Pauli interprete opus habent: adeō res est per se ipsa perspicua. Non em̄ collectiones illæ eleemosynarum siebant in subsidium & suffragiū pauperum eiusdem, in qua siebant, ciuitatis. Sed historia fuit: vt legitur in actis Apostolorum capit. 11. quod Hierosolymam & circuniacētem Iudeam famē validissima peruerserat: & ideo missi sunt Paulus & Barnabas in Mace doniam & Achaiam, cūni ad prædicandum, tum etiam ad auxilia petenda pro Christianis qui erāt Hierosolymis & Iudæi: ijs presentim, qui prædicationi & cultui diuino operā dabāt. Ethoc est quod Paulus ad umbrat ad Gal. 2. di Galat. 2. cens. Iacobus Cephas & Ioannes manus dederunt mihi & Barnabæ societatis, vt nos in gentes, ipsi autem in circumcisionem: tantum vt pauperum memores essemus: quod etiam solitus fui hoc ipsum facere. Quas quidem collectas Macedones & Galatæ per ipsos Apostolos miserunt Hierosolymam. Id quod attestatur Apostolus. Roma. 15. dicens. Hinc igitur profi-

Argum. 2.

Roma. 15.

1. Cor. 16.

Act. 11.

Galat. 2.

Rom. 15.

profiscor in Hierusalem ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia & Achaia collectionem aliquā facere in pauperes sanctos qui sunt in Hierusalem. Placuit enim eis ut debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes sunt gentiles, debent & in carnibus ministrare eis. Ecce quomodo collecte potissimum erant in subsidium sanctorum qui discipuli erant Euangelij. In star deinceps Mace-

1. Cor. 16. doniae persuadet Corinthiis scribens. De collectis autem quae fiunt in sanctos (eos, scilicet, q̄ sunt Hierosolymis) sicut ordinavi in Ecclesiis Galatiae, ita & vos facite. Modum autem subdit Paulus, ut per unā sabbati (scilicet per diem dominicam) unusquisque vestrum apud se ponat, recondens quod ei bene placuerit, ut non cum venero (scilicet ad importandum Hierosolymam) tunc collectefiant. Non ergo eleemosyna illa, quo inhiberentur pauperes mendicare colligebantur. Id tamen aliud agēs non tacitus præteribo, quod in huius loci interpretatione adnotat Chrysost. homilia, 43. nempe quod huius instar deberet Christianus quicunque arculam domi, eo loco ubi orare solitus est, pauperibus dicare, in qua, perinde atque sacerdos sacrificium oblatus manus prius lanat, ante orationem eleemosynam immitteret, ut sic mundus ad orationem accederet. Nam scriptum est. Date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis.

Chrysost. 3. Argum. ¶ Tertium quod in confirmationē huius prætextitur est, q̄ in primitiua Ecclesia non erant mendici ostiātū postulantes. Hoc autem in latissimum nos campū dicendi transmittit. Vbi multa sunt reputatione digna. Primum omnium (ut iam modo dicebam) nihil neque in actis Ecclesiarū, neq; apud quempiam sanctorum patrum legitur, unde coniectari possimus, libertatem aliquam pauperibus fuisse ad emptam excundi mendicatum quocunq; libuisset. Secundò quod tempore Christi salvatoris nostri fuerint pauperes mendicantes, ambigere nemo potest: cū quod turbam illum pauperum, claudorum, & eorum alijsque morbis & languoribus laborantium, quam frequentissimam curavit: coniectura est ex his plurimum fuisse mendicis, qui viciatim ob ambulant: tuin, quod illud consilium Christi

Luc. 14. Luce decimaquart. Cum facis prandium aut coenam noli vocare amicos tuos, &c. neque vicinos diuites: sed voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos: & beatus eris, planè de mendicantibus intelligendum videtur. Quod ne quis cauilletur, illos in claustris tunc degere, videat quid statim sequitur in parabola illius homi-

nis qui fecit coenam magnam. Qui cùm iniuitati venire recusarent, exite (inquit seruus) in plateas & vias ciuitatis, neque id solum, sed in vias & sepes: & pauperes & debiles, cæcos, claudos introducite huc. Solent enim mendicis in huiusmodi locis ciuitatis, & in hiis via rum sedere. Neque tempore tunc solum Christi erant mendici: sed Augustinus tum alibi

August.

sape, tum etiam sermonem in secunda dominica adventus testimonio est. Vbi Christianos largiores predicans eleemosynas debere, subdit, quod in sanctis solennitatibus secundum vires nostras abundantius e. ogenus, pauperes ante omnia frequentius ad coenulum resuocemus. Loquitur profecto de mendicantibus: qui consueuerant in domos diuitum epulatum admitti. Adeo erat mendicitas seculo illo vsu & more celebris, ut Sanctus Thomas, 2.2. quæstio, 187. etiam teste multi Christiani religionis & humilitatis causa, venditis possessionibus, & in pauperes distributis, ad illum se summisserint abiectionis ordinem, ut legitur de diuino Alexio patricio Romano, & de Atsenio in vita patrum. Et Hieronymus ad Oceanum de hoc etiam commendat Fabiolam, quod optabat, diuitiis in pauperes effusis, stipe ipsa pauperum vivere. Neque profecto qui illud iam modō institutum vitæ susciperet adeo esset exprobandus, ut aliqui existimant. Sed tamen eo tantum huius remaniscescor, ut ostendam fuisse semper in Ecclesia postulantes mendicos. At non opus est in re non dubia vitiisibus non necessariis. Omnia enim historiæ, quibus sanctorum patrum gesta memorie prodita sunt, attestantur semper in Ecclesia fuisse mendicos. Neque mendicantū religiones aliundenomea hoc sibi cū re ipsa vendicarunt.

¶ Tertiam hic tamen considerationem adiecerim, quod in primordio Ecclesiae: nempe usque ad tempora Gregorij & eo amplius, alia erat longeque diuersa religio, alia Christianorum erga pauperes peccata, alia instituta, alii denique in subsidium pauperum decreti prouentus, quam iam modo sunt, ut possent pauperes postulandi molestia relevari. Affertur ab huiusmodi articulorū authoribus id quod in vita Clementis Papæ legitur: nempe quod singularium inopes regionum nominatim scriptos habebat: & quos baptismi sanctificatione mundauerat, non sinebat fieri mendicitati subiectos. Similia ferme possunt verba ex gestis Sylvestri, Gregorij, Martini, omnium denique patrum illius temporis citare. At quomodo illi pauperes mendicare non finerent, hoc

Confiderat
tio. 3.

Clemens.

hoc animaduertant. Non enim eos lege vetabat. prohibebant, arcebant, obstruebant, sed quomodo non sinebant? Nominatim pauperes scriptos habebant, quibus sportulas copiosè mittebant, ne villa illis mendicandi necessitas restaret. Hac sanctissima ratione ius illis mendicandi auferbant. Nisi iura huc accerlendo vniuersa molestus essem, quam id copiosè patefacere possem. Sed qui titulu interim de religiosis dominibus: & in decretalibus & in clementinis consulta uerit, planè intelliget, quamta prælati cura pauperum fuerit iniuncta, quam anxiè & solicite sacerdotes illi, ut veri patres, filiorum pauperum procurabat, administrabat, proprijsq; sumptib; fouebat. ¶ Sed preter peculiares cuiusq; eleemosynas, studium erat hospitalia diuersi generis vbi cunq; locoru erigere, ut est in C. de facrosan. eccl. I. sancimus. quod & in iure canonico. 23. quest. 8. cap. tributu. refertur. Erat enim Xenodochia, id est, hospitum pauperum domus.

Orphanotrophia. Quod est orphanoru receptacula. Ptochotrophia, vbi inopes & mendici alebantur. Brephotrophia, putà ædes, quibus infantes nutriebat. Gerontocoria, scilicet vbi senes & debiles sustentabantur. Adeò tunc recentis sanguinis Christi virore Ecclesia rigata benignitate & clementia in pauperes reslorevat, ut nulla potius alia ratione animos hominum conciliaret, contraheretq; ad fidem Christi.

Vnde ut lib. 6. Ecclesiastice historie scriptu est, Iulianus ille apostata, qui Ecclesiæ apertu bellum indixit, hoc paganos summoperè exhortabat, ut Xenodochia & pauperum hospitia extuerent, dotarent, ditarentq; ut hac clementia Christianis excellentes, paganos in Christianityum properantes possent in paganismō retinere. ¶ Sed quid dein exēplo illius Ecclesiæ pauperibus opitulari contendimus, ne postulare indigeat? Quarta tunc pars omniū fructuū & reddituum Ecclesiæ decreta erat & destinata alēdis pauperib; ut est in decreto Gelasi canon. quatuor. 12. q. 2. & in decreto Simplicij. can. de redditibus. & in cōcilio Toletano can. sancimus ibidem. Et tamen quantuncunq; tūc erat optimè pauperibus succursum, nusquā legitimis interdictū eis fuisse postulare. Quia ergo ratione in hoc modō seculo, quando dari nobis optamus charitatē illius gentis prælatos illius ætatis, sanctiones illius Ecclesiæ, prouentus deniq; anuos pauperibus constitutos, qua (inquam) ratione adduci possumus, mēdicos hac facultate libertateq; postulandi cohimbere? ¶ Coloniæ fes, ad quorum prouinciam cōuentum (quia nec papæ autoritate pollet, nec quicquā præteritura communia de hac re proprie sanciuit)

nihil respondeo, aut Hiprenses, aut Germani vlli neutiquam Hispanis in hac re exēplo esse possunt. Nā preterquam, qđ (vt ante a dicebam⁹) multò sunt magis policii, graria publica habet amplissima, vnde iusta subsidia pauperibus decernunt. vt in Coloniensibus atq; Hiprenibus statutis habetur. Id quod de Venetis, Genuensibus, multisq; Italii fama est. Nos autē, sola mendicata pecunia, nescio quo possumus modo auxilia mendieis sufficere, ut eos iure mendicare cohibeamus: quantuncunque sint eleemosynarum leges cōsultissime. ¶ Et, quod omnium hic ego plurimum animo reputo, qui legum huiusmodi atq; ordinationum legitimi sunt latores, promulgatores, & exequutores, nō equidē seculares, sed Ecclesiæ prælati sunt, & sacerdotes. Vbi nam rogo paginæ sacræ quove fortè sacrorum canonū seculares huic pauperum muneri patroni designantur: aut vbi non Ecclesiæ sacerdotes & episcopi huic negotio, veluti pauperum patres, destinent? Quid ita: quia sacerdotes voluit Christus (vt eius ait discipulus Paulus) ab seculari solicitudine vacare. Nā qui sine vxore (inquit) est, solicitus est quæ dñi sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cū vxore est, solicitus est, quæ sunt mudi, quomodo placeat vxori: & diuisus est. Quorsum hec? Certè vt cōnueam, negotium hoc & pauperum curam diu non posse in manibus secularium, quanta sint cunq; probitate & prudentia prædicti, perdurare. Non ita Deus & ecclesia institutum esse duxit. Sed structuræ huius, quiaspiritalis est, episcopi architecti essent, oportet populi munus est ut materiam syluāque subministret. Quoniā seculares vxores duxerunt, familiā habent, curis alijs negotiationibusq; & solicitudinibus complicantur. Vix se ab illis extricare possunt, ut huiusmodi misericordiæ officijs liberè vacare possint. Nisi ex pauperum eleemosynis stipendia ministri sta tuantur, raro inuenias qui in officio perseuerent. Atq; ita vsu contingere videmus, ut bona eleemosynarum parte, quæ ministri obuenit, de fraudulentur pauperes. Sed aīs prælati nō perinde atq; prædecessores, curam pauperum gerunt. Fateor equidem: sed sperare non possum, ut seculares episcoporum vices fungentes, resarciant damna, satis (inquam) negotio faciant, ut pauperes in claustris perpetuò possint sustineri. Qui modō negotium suscepserunt, quia proceres sunt & præcipui homines, Christianissime instituti, rem poterunt in tempus continuare: cum tamen deinceps alij atque alij in hac sint prouincia successuri: probabi subinde ac sensim cadere necessarium est. ¶ At

Peroratio. ¶ At verò, quo iam ad portum applicas, vela contraham, id quod in vniuersis, que homines tentantes adoriantur, maximum habet pondus, experientiā (inquam) in testimonium appello. Triennium ferme iam hæc eleemosynarum ratio visu & more seruatur. Quis nam inde in effectu fructus prouenerit, hoc tu prouidentissime Princeps fac certò scias. De hoc (quia non in iure, sed quod aiunt in facto possum est) nullam mihi volo haberis fidem. Tamen si quod ego hic & audiēdo & videndo expperior, ac proinde de alijs locis coniūcio, multū huic negotio refragatur. Sed tu hoc, vt es oculatissimus, da operam, vt fraude procul intelligentias. Primum an in turbis validorum mendicatum quæ viribus magnè depulsa sunt, aliqui forsitan legitimi pauperes promiscue excescent. Alterum quando nullum vicatim obambulantem mendicum conspicimus, vtrum numerus pauperum in antiquis hospitalibus sive creuerit, an verò aucta fuerint alia, quibus illi qui discurrebant recepti fuerint. Mox an sint Christiani homines qui querimonia spargat, quod non sint iam mendici qui ad eleemosynas extorquendas vim inferant. Nam in hac etiam resolutum erat regnum cœlorum vim pati. Deinde an eleemosynæ, quæ exactis vagabundis ademptæ sunt, incolis postulare que verecundantibus (is qui præcipius in hac re habendus fuerat finis) integræ obueniant. An verò forsitan nihilo illi, aut forte paulo melius habeant: sed eleemosynarum summa quæ esse consueverat, fuerit extenuata. Quod si rem prosperè succedere cognoueris. Nempe si eleemosynas nihilo minores, sed maiores multò fieri, si incolarum pauperum miseras, ærumnas, & calamitates, quibus grauiter compromuntur, auctis eleemosynis subleuari, curram adhibe, tuamque Principis autoritatem interpone, vthorum institutorum ratio procedat. Tunc verò quod Principis animum propendere conspexerimus, inclinabimus omnes. Illi parti applaudemus, suffragabimus, fauebimus. Id vniuersi tutabimus, prædicabimus, ad iutabimus. Sin verò rem deteriorari senseris, tunc satis fuerit, si studia illa & instituta eleemosynas conscribendi in auxilium & subsidiū pauperum incolarum, qui egestatem domi sustinent, retineamus, commendemus, & vt

prosperentur, summa ope nitamur. Nam illa Deo esse non possunt nisi probatissima & acceptissima. Ceteris verò mendicisius relinquit postuladi. Nam quod aliquis verè pauper publicas, quod mendicauerit, poenas luat, absit ut in Christianorum regno sub Christi nissimo Princepe audiamus. Illius enim prodigiosæ statuæ, cuius Daniel mysteriū interpre-tatus est, licet caput aureum esset, & pectus argenteum, pedes vero abiectissimi (nempe partim ferrei, partim fistiles) tandem communis pedibus, corpus subinde ipsum ex pretiosis metallis corruit. Quid si ordo hic abiectissimus pauperum eleemosynarum meritis sublimiores reipublicæ ordines sustentat. Quo de medio sublati, totum periclitetur corpus. At vereor, ne te iam prolixæ orationis tædereincipiat. Nam nescio quid impetus me longius quam in stuperam, surripuerit. Tamen si quando nihil aliud qualequale obsequium hoc meū prestiterit, sunt tamen hic nonnulla, quæ te legisse non penitebit ad præstantissimam hanc præclarissimamque misericordiæ virtutem comparandam. Etenim qui in tantam regnorū spē diuino numine & misericordia hac luce donatus es, quanta neminem secundum patrem, aut forte perquam rarissimos, vñquā natura produxit, quibus nam alijs quam misericordiæ potes officijs amplissima beneficia rependere? Nam & si velut in throno Dei, ita & in principis folio ambas confedere deceat, iustitiam & misericordiam: hæc tamen, perinde atque in Deo, maiori in rege splendore fulget. Sed vtraque, faxit Deus, efficas, vt qualē te inter mortales meritò tenere gaudemus, tali etiam esse loco inter diuos perpetuo videntes gratulemur.

Vale.

SALMANTICÆ,

Apud Ioannem Baptistam à Terranoua.


M. D. LXX.





Dub. 4. Preceptum aliquando
Vtrum contritionis. praceps.
tum aliquando obliget in-
sufficiatnum aliquid;
Dub. 4. Prima difficultas circa
dubium proponitur, Et
I. Prima difficultas circa
habere
Affirmant Andreas VEGA q. 13. de iu-
tific. conc. 3. & lib. 13. in Trid. cap. 20. di-
cens: Opportet quippe recaudere, & innoti-
tari. sacre, quae adamus in peccato, ma-
lesplacentes. Et arguuntur buias est et,
quod in sufficiat per sacramentum & ipsius
catorum obiectum inservit, tenetemur po-
plicia de illis delictis, quia offensio securum Dic-
tis si boc est consciens, quod unquam ea ratione
affertur, id non habecetur.
Iam. Morinus lib. 8. de penit. art. 11. n. 5.
Iambertus dipl. 14. de penit. art. 11. n. 5.
Valentia q. 6. punct. 3. & punct. 4. dicit. 6.
China God. de penit. trac. 1. q. 2. ratione 4.
de illis dolentibus. Idem docent Iordan. Mc-
Affertur tamen Morinus, quod illius doc-
trina fundamenum lexcentis, imo inanis
meritis locis, iacere videtur. Augustinus,
Sed operatum ut proferte, non in nomine
timoniūm: & fratrem Iud. trid. expeditum sed
ta, nec lexcenta, sed virtutem expeditum ic.
dum querit, & non invenit, a communis
schola non recedit. Conqueritur ra-
men Morinus n. 8. quod hoc quatuor plati-
ne noua est, & omnibus Scholasticis lau-
tatur Alexander Piatensis. Melchior Ca-
rus primus hanc quatuorem excusat, &
cum propria formula popularitur. Nunc
nusquam nisi in Scholasticis. Nam
dicitur Alexander Piatensis. Melchior Ca-
rus hoc faculum in cognita, ut recte animo
ne noua est, & omnibus Scholasticis lau-
tatur Alexander Piatensis. Melchior Ca-
rus primus hanc quatuorem excusat, &
cum propria formula popularitur. Nunc
nusquam nisi in Scholasticis. Nam
dicitur Alexander Piatensis. Melchior Ca-
rus hoc faculum in cognita, ut recte animo
ne noua est, & omnibus Scholasticis lau-

2 Recete ram: in Tertullian. de Anima
cap. 28. Nique omittas de filiorum sententiam.
Quod Scholarum cum fiducia, & diligenter
se: manque mendacium debuit ac nouillitatem.
nec periretur.



100

Est.

Tab. 4

Nim. 12

SOT^o
DE

Naturæ
ET

Gratia

3394

100